
METHODUS MEDENDI BREVISSIMA,

Ad Circulationem San-
uinis adornata, ac ante annos
II. in Academia, quæ Lugduni
Batavorum est, Studiosæ Juventu-
ti privatim prælecta

Bib Jac â Jac [illegible]



OANNE WALAEO,
m temporis ibidem Profes-
sore & Medico Celeber-
rimo.



1. DC.  LX.

ULMÆ,

pis & Impensis BALTHAS. Kühnen/
Reipubl. ibid. Typogr. & Bibliopolæ.





Σὺν Θεῷ.

MEdico circa curandos ægros non tantummodò illa tria consideranda veniunt; *Morbus*, *Causa Morbi*, & *ejusdem Affectiones, quæ aliàs Symptomata dicuntur*, sed perpendat insuper necesse est *Morbi magnitudinem, ejusdem modum, motum & eventum*. Nam si quod res est statuere & docere volumus, Medico nunquam affectiones illorum curandæ offeruntur, præter dolores. Hinc rarò ægrotum aliquem Medicum cōsulere videbis propter lentigines, steatomata, catheromata, qui tamen affect⁹ reverà morbi sunt; Ast si doleant dentes, si Cephalalgiam, si alios cum dolore conjunctos patiantur morbos, aut aliorū symptomatum congerie oppressi sunt, tunc efflagitant, tunc implorant Medicorum operam.

Præterea si benè rem examinemus, in plerisque affectibus Medicus nihil agit, quam doloris mitigationem, ejusdemq; motus inhibitionem. Sic in doloribus Nephriticis sive purges, sive venam seces, nihil agis, præbe verò pro mitigatione dolorum therebinthinam cumMaña & oleo amygdalar. dulc. res facta erit; Mot⁹ inhibitio fit aut largiori Venæ sectione, aut fortiori Purgatione: Sic qui Quartanam levibus purgationibus curare nititur, morbum, quem aliâs Vomitivo unico feliciter tollere potuisset, ad aliquod menses, imò annos prolongat. Sic quoque in Febri ardenti, utpote Causo Medicus ipsam febrilem constitutionem, qui morbus est, statim & extemplo tollere non potest: quid ergò facit? quid curat? Imminuit magnitudinem caloris febrilis debitis medicamentis refrigerantibus, quo imminuto natura promptè ad officium suum redit, & reliquias caloris præternaturalis expellit.

Causæ Morbificæ emendatio dicitur

Præservatio. Morbi ſublatio, Curatio. Ablatio, Symptomatum mitigatio.

Medicus circa omnem curationem hæc tria perpendere debet. (1) An aliquid faciendum? (2) Quid faciendum. (3) Quomodo & per quæ medicamenta faciendum?

Primum illud multis primo aſpectu mirum videre poteſt, quærere nempe, *an Medicus curare debeat?* utpote cujus Finis intermedius eſt curatio. Verùm re benè penſitatâ ex re ægri & Medici eſt, curam interdum prorſus non aggredi, & manum de tabula tollere.

E re quidem ægri, (1.) Si morbus ſit deſperatus, qualis eſt Cancer exulceratus, phthiſis confirmata & in tertio gradu, Hydrops inveteratus. Hos enim ſi curare aggrediaris medicamentis inutiliter præſcriptis, ægroti familiam exhauris. (2) Accidunt in quibusdam deſperatis morbis ejusmodi Symptomata, quorum ſublationem mors preſſo ſequitur pede, e. gr. Laboret quis hydrope inveterato, accedunt in fine vigi-

liæ perpetuæ, has qui narcoticis medicamentis curare velit, ille ægrotum jugulat. Notetur tamen, si æger & adstantes adeò à Medicis auxilium implorent, ut illud absque magna crudelitatis notâ denegare non possit, quod præscribat tunc temporis medicamentum, quod notissimum est, ne postea, cum æger aliâs mori necesse habeat, hæc mortis acceleratio medicamentis adscribatur. (3) Si Medicus ad ægrotum vocatus, morbum eo in statu inveniat, ut jam in declinatione sit, tunc â curatione abstineat, ne inutilibus expensis ægri familiam exhauriat, & ita in christianam impingat charitatem. (4) Dantur quidam morbi, qui ejusmodi remedium postulant, quod pejus est ipso morbo; Sic Varices facilius tolerantur, quam excisione curentur, vide Plutarchum.

E re Medici est, non aggredi illos morbos, qui prorsus lethales sunt, ne ob insciriam artis prognosticæ nominis sui æstimationem & authoritatem contemptui exponat, neque medicamenta

aliâs

aliâs optima, hisce desperatis morbis applicata, ob denegatum eorum usum infamet, quod si verò precibus ad curam cogatur, muniat se prognostico, idque cautè & circumspectè faciat: Si enim ulla res Medici existimationem vel augere, vel imminuere potest, hæc ipsa est prognosis.

Quid faciendum sit Medico in aprico est, debet nempe sanitatem reddere amissam, h. e. causam morbificam tollere, morbum ipsum imminuere, affectiones sive symptomata mitigare.

Ad tertiam Quæstionem, *Quomodo faciendum? Respondetur* trito illo canone: *Citò, Tutò* & *Jucundè.*

Sub primo illo scopticum quoddam latere videtur, Medicusq; quasi accusari malitiæ & turpis quæstûs, ac si is interdum nonnullos morbos, qui naturâ suâ breves sunt, studiô prolonget, quò postea præmium accipere, remque suam familiarem eò magis augere possit. Verùm absit, ut hæc pessima suspicio in Medicos, utpote in viros bonos, cadere

poſſit. Ego enim experientiâ teſtor, Medicum, quò citius curat, eò majus accipere lucrum; cùm enim non ex unico, ſed pluribus ægris illud haurire debeat, quid quæſo emolumenti caperet, ſi prolongatione ſpontaneâ curam ſuam aliis odioſam reddat.

Accidit tamen interdum, ut Medicus *ex meticuloſitate* morbum longum reddat, *e. gr.* Laboret Lien ſive Hepar obſtructione humorum crudorum, tenuium & incoctorum, ſeu Scirrho, hunc affectum citò auferet, ſi valida purgatione materiam educit. Quòd ſi verò ex meticuloſitate ob *Aphor. Hipp 22. Sect. 1.* purgationem differt, tum vitioſi hi humores commiſcent ſe cum tota maſſa ſanguinea, ita ut poſtea longiſſimus oriatur affectus.

Ex morbo brevi etiam longus fieri poteſt, ſi Medicus materiam in partem aliquam confluentem non ſatis validè inhibeat, *e. gr.* Noſtratibus in more eſt, ſi Eryſipelate corripiuntur, ut partem affectam rubentem inungant cum oleo

Lau-

Laurino cum pauxillo Mercurii vivi commixto, quo medicamento morbum longiorem reddunt: Dum enim oleum illud cutem laxat, erysipelas semper magis ac magis serpit, ita ut & totum corpus subitò invadere videas, nisi malo huic ita prævenias, nempe loco oleo illinito circumpones pannum linteum, aquâ tepidâ madefactum, qui cæteras partes defendit.

Tutò curat Medicus, si abstineat â purgatione nimia,& venæ sectione immoderatâ, nimiâ alteratione usu aquæ frigidæ & opij. E contra *non tutò* curabitur æger, si non omnes reliquæ caussæ morbificæ & humores peccantes è corpore propellantur, hisce enim relictis massa sanguinea subindè ebullire & fermentare incipiet, sicque recidivam patietur æger. Nec tutò curat Medicus, si morbos magnos levibus medicamentis aggredi conatur, utpote si quartanam leviter purgantibus,non verò fortioribus; si luem gallicam solis decoctis; si febrim malignam solis alte-

rantib⁹,& nō statim appropriatis Bezoardicis & Alexiteriis debellare studeat.

Jucundè curat Medicus, si medicamento suavi utatur, si fugiat in ejus compositione theriacalem illam & nauseabundam variorum simplicium commixtionem, ex qua non rarò tam ingratus provenit sapor, ut vel solo talis medicamenti usu miseros ægrotos jugulare possit. Studeat enim semper, ut medicamenta sua quoad colorem, odorem & saporem, quoad fieri potest arte Chemicâ, præparet & efficiat grata & jucunda. Jucundè etiam curat, si medicamentum non sit molestum: Sic ♉. sic Colocynthis, sic Gummi de Peru summâ cum molestiâ evacuant, si tamen corrigentia his addas, molestiam illam ablatam habebis.

Licet autem Medicus non semper citò, ut in morbis chronicis, non semper jucundè, ut in illis qui vomitum postulant, juvare possit, eò tamen semper & necessariò collimet, ut tutò curet.

Satius est morbum cum minori jucunditate citò curare, quam ut ægroto-

rum

tum palato & voluntati blandiendo, affectum prolongemus, & ita ratione jucundi (quod ultimum locum obtinet) citò illud negligere velimus.

Tria hæc, ut citò, tutò & jucundè curare possimus, tribus etiam acquirimus mediis & viis; *Experientiâ, Ratione* & *Analogismo*.

Experientia non fit in uno aut altero tantùm probata, sed longo temporis tractu in multis & diversarum regionum ac ætatum, ut & utriusque sexus subjectis confirmata. *E.g.* Ipse expertus, quod Cancer in quâdam muliere curatus fuerit solis foliis urticæ contusis & admixto pauxillo sale comm. Exinde tamen non sequitur, medicamentum hoc contra cancrum verâ experientiâ jam probatum esse; impositum enim alii nullum edidit effectum.

Cancer à Scirrho difficulter discerni potest, nisi ita, si nempe leniens & emolliens medicamentum imposueris tumori, & post 2. vel 3. horas illum imminutum vel ablatum videris, suspicio nulla est de cancro: si verò tumor non

cessit, sed in spongiosam substantiam excrevit, cancer certò est.

Hîc etiam notandum, quod medicamentum certis & certæ speciei affectibus debitâ, postmodum & neglectâ causâ morbificâ, non cuilibet morbo applicemus, qui error Vetularum & Agyrtarum communis esse solet. Sic doloribus Colicis â causa frigida ortis, convenit vinum calidum cum pauxillo sacchari, cinnamomi, macis, croci. Colicæ verò â causa calida exortæ Manna. Hoc itaque medicamentum si quis illi affectui applicet, & illud huic, ratione illâ vehementer errabit, seq; & ægrum spe concepta fallet. Juvenes autem cum hanc experientiam, quæ non nisi longo rerum usu addiscitur, à seipsis habere non possunt, hauriant eam necesse est ex lectione optimorum Authorum, Fernelii, Foresti, Heurnii, &c.

Ratio contraria contrariis indicat curanda esse. Authores hîc in vocabulo, utpote Indicantis, Indicati, Indicationis, Coindicantis, Contraindican-

tis,

tis,&c. præter rem & usum studiosæ juventutis nimis verbosi sunt.

Analogismus denique curare docet ratione similium, sed summâ circumspectione hic opus est. Licet enim lues venerea & Arthritis confinitatem quandam habeant, indè tamen non sequitur, Arthritidem sive dolores Ischiaticos pariter sudoriferis ac luem veneream curari.

Perspeximus itaque, quæ Medico curanda veniunt, & quomodo omnis cura peragenda; Superest, ut duplices illas doceamus vias, per quas omnia, quæ contra naturam sunt, in corpore nostro emendantur. Fit ergö omnis medela *vel â Natura, vel â Medico ipsius ministro.*

Notentur hic obiter *Paracelsistarum errores, fraudes & fuci*, qui vel lapidem suum Philosophicum, vel alias, nescio quas Panaceas, Phalejas & Asas, uti nominant nobis obtrudere volunt, eâ spe & pollicitatione, ac si hisce medicamentis solis omnis in universum affectus, curari & eradicari possint. Verùm

rùm enim verò, cum res de lapide illo decantato nimis adhuc incerta, ita ut vel Oedipo opus esse, & ad solam monstrosorum terminorum explicationem, & cætera eorum medicamenta, uti est ☉. potabile, ☾. potabilis & o°o. dulce ♄ ij plerumq; maximam partem de menstruis participent, nos illorum opinioni subscribere non possumus. Scimus insuper, quod sub Naturæ vocabulo omne id considerandum veniat, quod requiritur ad actionem aliquam corporis perfectè peragendam. *E.gr.* In motu aliquo non solùm requiritur legitima ossis conformatio, sed simul musculus, sed tendo, sed vasa aperta non obstructa, cerebrum ejusmodi constitutionis, ut spiritus animales amandare possit, spirituum mobilitas, pars recipiens ita temperata & constituta, quò spiritus â cerebro demissos suscipere possit. Hæc omnia & diversa unius medicamenti viribus peragi non possunt. Licet enim exindè calidum innatum excitari & corroborari queat, attamen ad actiones corporis

non

non solùm sufficit calidum innatum, quod non raro multorum ignorantiæ asylum est. Quod ignis in culina, illud calidum innatum facit in nostro corpore: Sed quemadmodum solo igne nullus usquam composuit cibum; ita solo calido innato nulla fit actio. Locus ille *Hippocrat.* quando *in Epidemiis* naturas morborum medicatrices appellat, non ita intelligendus est, quasi sola natura semper & in morbis acutis absque Medico morbum debellare possit, sed eo sensu, quod Medicus sine Natura, h. e. quando ea prorsus succumbit, nihil agere valeat.

Duæ fiunt in corpore nostro actiones; *Immutatio* & *Motus*. *Immutatio* fit calore, quem potissimum Natura suppeditat, & hinc absque omni ejus auxilio incassum fit Medici cura; ut *Motio* fiat, mobilitas spirituum necessaria est, quæ si ob varias causas manca est, necessum erit, ut Medicus impedimenta illa variis & contrariis medicamentis tollat. Sic absque Medico Natura sola curare non potest, nec Medicus sine illa, opti-

optimum eſt, ut mutuas ſibi invicem præſtent operas. *E. gr.* Humores & ſpiritus vitales â Centro ad Peripheriam, h.e. â corde extrorſum moveri debent, jam niſi cor harmoniacâ continuâ ſuâ conſtrictione eos moveat, fruſtra laborabit Medicus. Verùm & fruſtra eos ex corde pellet Natura, niſi Medicus in Paralytico cerebrum corroborātibus confortet, ut ſpiritus â corde receptos in partes alias demandare queat. *Accidit tamen interdum, Naturam ſolam levem curare morbum*; v. gr. Febrim Ephemeram, Coryzam, &c.

Causâ morbificâ majore exiſtente, ſuccumbit Natura; *leviore* convaleſcit.

Cauſa morbifica ſemper primò tollenda eſt, niſi (1) vehemens aliquod urgeat ſymptoma, ut in graviſſimâ odontalgia, calculo, catarrho ſuffocativo. (2) Niſi ipſe morbus adeò gravis ſit, ut cauſæ ablationem expectare non audeas: Sic in Epatitide ſeu Inflammatione jecoris derelictâ causâ ipſum morbum incendium illud extingues, aliâs exoritur apoplexia, Quan-

Quando cauſam morbificam certò perſpicere & aſſequi non poſſumus, ſatius eſt ab illo curationem incipere, quod compertum eſt,quam juxta *Fernelium* anceps quoddam exhibere medicamentum, qnod nec profit nec obſit. Sic ſi cauſam ignores,& ſcias morbum, applica remedium, quod morbo contrariatur; Si ſymptoma urgens perſpicis, præſcribe illi medicamentum contra illud. Hæc cautela magni momenti in praxi eſt, quod propriâ experientiâ teſtari poſſum.

Quando omnes morbi cauſæ reſpectivæ conſideratæ in aprico ſunt, initium curationis â cauſâ procatarctica ſeu primitiva faciendum. Eſt autem,ut notum eſt ex Inſtitutioniuus; (1) Cauſa Synectica, Continens, quæ Conjuncta etiam appellatur. (2) Προηγουμένη. Antecedens. (3) Προκαταρκτικὴ ſeu Primitiva.

In indagando & cognoſcendo affectu ordiri conſultum à cauſa continente ſeu conjuncta. Sic multi diu vomunt, vel quod nimium bibunt, vel quod nimis

mis tristitiæ indulgent. Aliis palpitat cor, nunc ob tristitiam, nunc ob vivacitatem, nunc ob Venerem. Videas nonnullos, qui propter narcoticum carbonum fumum in lypothymiam incidũt, aperi fenestram pro removendo fumo, & restituentur. Sic quoque surdus ab excrementis aurium induratis, illis remotis auditum recepit. Ita *Ramus* ob nimias vigilias & lucubrationes cœcus factus, visum recepit, cum procurante Medico somnium reciperet.

De Humoribus, 1. Substantia peccantibus.

Causæ Morborum absolutè, & ut res sunt, considerata, sunt *Humores* & *Spiritus:* Hi enim æquè emendandi sunt ac illi: *Peccant* autem *Substantiâ, Quantitate, Qualitate, Motu* & *Loco. Substantiâ* peccare dicuntur, non quasi nova illis introducta esset forma: sed quoniam ejusmodi alienationem passi sunt, quod in illam materiam, quæ requiritur, converti non possint. Hoc vitium indicat & postulat purgationem.

Suf-

Sufficit Humorum mutatio in accidentibus: sic bilis crassa facta, ita ut ex vesicula fellis exire non possit, non est mutata in substantia, sed tantùm in accidentibus.

De Purgatione.

Purgatio quid sit notum est: Nempe excretio humoris pecantis, sed quomodo fiat & proveniat, ego rotūdè dicam me ignorare. Si tamen aliquid dicendum, videtur quasi necesse esse, ut purgatio fiat (1) vel quia medicamenta attenuant humores, (2) Quia stimulum excernendi addunt partibus ob acrimoniam vel medicaminis, vel humorum. NB. Nulla pharmaca tangunt (pungunt) venas, sed tantummodo intestina. (3) Vel quia attrahunt, sed non potentissimè. Humores in venis contenti non adeò facilè magnum aliquem excitant morbum, sed tunc demum, quando Cor, viscus quoddam, aut intestina occupant.

Pharmaca humores alterant, quia plerumque calida sunt & activa, hinc im-

immutant humores, & semper aliquid educunt. Sic in purgatione immutantur urinæ, quoad colorem, & pulsus fit celerior, quod nisi eveniat, purgatio nunquam succedet. Si lac cum Scammoneo coquas, videbis lac coagulari non secus ac serum.

Pharmaca stimulant partes, sed non omnia; Sic Cassiam omnis acredinis expertem in doloribus nephriticis; Sic Mannam in Febribus exhibemus.


Pharmaca attrahunt, hoc facilè est dictu, difficilè explicatu. Ajunt quidem, hanc attractionem fieri ob substátiæ similitudinem. Verùm quam affinitatem Agaricus calidus & siccus cum pituita frigida & humida habeat, quam purgat, ego ignoro, & nisi humorem illum aqueum, extra vasa in abdomine contentum, in hydropicis à purgantibus evacuari & educi viderem, in totum illum attractionis modum negarem. Si ergò aliquid attrahunt, faciunt id debiliter. Sic Rad. Hellebori nigri fonticulo imposita, non adeò potenter humorem vitiosum trahit.

No-

Notum est pharmaca seu medicamenta purgantia (1) *communiter distingui in ea, quæ per os, & in ea, quæ per alvum & intestinum rectum materiam peccantem educunt.* Sic Gummi Guttæ, sic ♉. sic multa alia vomitoria dicuntur, & contra Rhabarb. Senna, Scammoneum, &c. purgantia in specie sic dicta, sive quæ per pylorum & intestina saburram evacuunt.

Verùm *an Realis & Vera detur diversitas inter purgantia,* ita, ut hoc tantùm vomitum creat; illud solùm alvum moveat; *an verò potius totum hoc discrimen aut in limitatione majoris, vel minoris dosis, aut in additione debiti corrigentis consistat, de eo disputandum.*

Purgantia verò toto genere inter se differre, nemo est, qui dicat. Nam nullum datur vomitorium, quod non etiam per inferiora purget: nullum datur purgans per secessum, quod non etiam vomitum causare possit. *Æ.gr.* Colocynthis à gr. vij. ad ℈j. exhibita per alvum purgat, non per vomitum; exhibe in ma-



majori dosi,& vomitum faciet. Aloë à ʒj. ad ʒij. Manna ab ℥j. ad ℥ij. benignè alvum movent, auge dosin,& vomitum faciet. Rhabarbari ʒij. evacuant alvum, ℥ß. facit vomitum. Gummi Guttæ & ☿. Vitæ sunt vomitoria, si absque correctione sumantur, additis Crystallis Chalybis correcta sunt, omnemque vim emeticam amittent.

Cùm itaque nulla nova vis purgantibus accedat, sed unum idemque medicamentum nunc superius, nunc inferius purget, quid quæso aliud discriminis hic inveniri potest, quam limitatio quantitatis,& additio corrigentis. Ita ut vomitus tantùm major videatur purgationis operatio; Evacuatio verò per alvum minor; *Quia autem magis & minus non variant speciem, etiam hîc inter purgantia non datur specialis differentia.*

Quod purgantia majori quantitate præscripta vomitum, non alvum moveant, ratio hæc est: *Medicamentum quò fortius est, eò citius operatur*; jam cum pharmacum fortius ingressum est.

ven-

ventriculum, tunc ſtatim operationes exſerit, & humores, quos invenit, attenuat, hi attenuati fermentare incipiunt, ſuâque ebullitione & acredine ventriculum ſtimulant, ut per ſuperius orificium eos extrudat; Si in hâc excretione ſimul omne medicamentum aſſumptum expellitur, tunc peracto vomitu ceſſat purgatio; Si verò pharmaci quædam reliquiæ in ſtomacho remanſerint, tunc illæ poſtmodum inteſtina ingrediuntur, & innatâ ſuâ acredine ac caliditate ea pariter ad excretionem humorum per inteſtinum rectum irritant. Eodem modo medicamentum minori quantitate & levius aſſumptum, non ſtatim in ventriculo agere incipit, ſed tamdiu interdum moratur, donec per pylorum excluſum, & tunc per inteſtina tantùm evacuat, nullusque conjungitur vomitus.

Opponet verò aliquis & dicet, *ſi motu illo circulatorio omnis ſanguis & omnes humores in vaſis contenti unius horæ ſpatio â peripheria ad centrum feruntur, omnes-*

omnesq́ partes continuo successu transeunt, quomodo fieri potest, ut medicamentum aliquod fortius & majori quantitate sumptum tantummodo illos humores expurget, quos in Ventriculo invenit, & non simul etiam reliquos? Respondetur: A toto corpore aliquid mitti posse ad stomachum, sed non contrà â stomacho ad totum corpus. Sic quoque Fonticuli obstructi aperiuntur, si purgans aliquod ipsis apponatur. Verùm si fortius purgans, uti Helleborum (quod aliâs inter omnia purgantia pessimum est) hic sumere velis, & vomitum movebit & alvum.

Pharmaca etiam Ventriculum ad vomitum commovent, quia vel levia sunt, ut Agaricus; *vel lenta & viscosa*, ut Gummi guttæ; *vel pungentia*, ut Colocynthis; Hinc hisce perspectis Medicus prudens cuilibet suum corrigens addere potest, & ita vim emeticam demere, uti de Mercurio vitæ & prædicto Gummi Guttæ præcedenti diximus pagin. 22.

Medi-

Medicamenta purgantia (2) *etiam communiter dispergunt in Cholagoga, Melanogoga, Phlegmagoga & Hydragoga.* Hæcque sententia illis adeò vera & certa esse videtur, ut irridendum illum existimēt, qui cōtradicere illi vellet. Verùm cùm ea nec Veterum Authoritatem, nec Rationem, nec Experientiam pro fundamento habeat, non video ego, quam ob rem tàm facilè nos in illorum sententiam ire, & contemptâ veritate, falsa amplecti deberemus.

I. Authoritate Veterum destituitur, quia nec Hippocrates, nec Erasistratus, nec Asclepiades uspiam horum electivè purgantium mentionem faciunt. Galenus primùm ea statuit, forsan quod nimis illi tacitus Naturæ consensus qualitatum occultarum placuerit, id quod exindè apparet, cum Præceptorem suum Pelopem irridet, quod omnia ad manifestas qualitates reducere voluisset.

II. Caret etiam hæc sententia Ratione, (1) *quia morbi & purgantia iis proficua*

considerata prorsus huic sententiæ repugnant; *E.gr.* Inter Melanagoga Cassia, inter Phlegmagoga Colocynthis, ex hoc fundamento morbus melancholicus nequaquam evacuatione Cassiæ & Colocynthidis curaretur, quod tamen contra Rationem est; cum humor melancholicus, utpote lentus, viscidus & torpidus non melius, ac laxativâ Cassia & Colocynthide pungente ac irritante educatur. Sic etiam in morbis melancholicis Confectio Hamech magnoperè laudatur, quæ præter Sennam nullum pharmacum in compositione habet, quod juxta illorum opinionem Melanagogum est. Hydropicorum aqua in abdomine contenta felicius Mercurio vitæ, quàm Soldanellâ, quam Mechoacannâ evacuatur, & interdum felicissimè Rhabarbaro & Aloë.

NB. Si Medicus aliquis Hydropicum quendam hisce duobus pharmacis sæpè absq; auxilio & commodo purgaverit, hoc non medicamentis hisce est adscribendum, sed minori eorum quantitati,

nam

nam si tu in dupla dosi ea præscripseris, ex voto operabũtur. *Si darentur reverà electivè purgantia, sequeretur pro evacuantibus humoribus mixtis, utpote bile & pituita, necessitatem esse, ut pharmacum pro una dosi, ex integra dosi Cholagogi fieret.* e. c. Ex Rhabarb. ℨij. & Agar. troch. ℈ij. id quod absurdum est, & nunquam fit, sed sufficit cujusque domicilia dosis invicem comixta Rhabarb. ℨj. Agaric. ℈j.

III. Refragatur Experientia. Consule enim Experientissimos Medicos Practicos, interroga ægros, & illos, qui eis adstant; Omnes profectò uno ore dicent, quod semper excremẽta aquosa, tenuia, vel flavedine, vel viriditate tincta evacuentur â quovis pharmaco; quin & quod magis est, si Pharmacopœas adeas, & in iis formulas â Medicis præscriptas perscruteris, videbis sæpè Celeberrimos Practicos uno eodemque Medicamento in evacuandis plurimis & diversis ægrotis usos esse.

Objicies. E. Quodlibet purgans in quo-

 libet

libet affectu indifferenter usurpare posse; *Respondetur*, distinguendo inter qualitates manifestas & occultas; has relinquimus, illas in purgationibus attendendas esse, ambabus largimur manibus. Sic qui humores humectari debent, illi postulant Cassiam & Mañam, qui crassi sunt & incidendi, illi non Sennam desiderant, sed Colocynthidem, sed Jalappam, Scammonium. Lenientia pharmaca purgant tenues humores, humida ficciores, pungentia ignavos.

Objicies porrò, cum Rhabarbarum evacuet excrementa flava; Chalybs seu Crocus ♂. aperitivus excrementa nigricantia, hinc certè sequitur, Rhabarbarum bilem electivè purgare, illa enim flava est; & ♂. melancholiam, hæc nempe nigricat. *Verùm sciendum, hos colores non naturâ esse in humoribus, sed illos à medicamẽtis provenire:* quemadmodum etiam ab assumpto ♀re magis & præter morem excrementa fœtent.

Distinguuntur (3) *Pharmaca in illa,* *quæ*

quæ purgant primam corporis regionem, & illa, quæ secundam, quæ tertiam; Per primam intelligunt omnes partes continuâ serie inter se nexas, ab extremo ore usque ad gibbam hepatis partem. *Per secundam* Jecinoris partem cavam, venam cavam cum suis propaginibus. Et deniq; *per tertiam* totum reliquum corpus ad cutem usque. *Verùm nos, qui motum circularem in sanguine statuimus, hanc sententiam aut prorsus inficiari, aut alio modo explicare necessum habemus.* Nempe quod *Prima Regio* sit Ventriculus & intestina cum omnibus vasis, quæ circa stomachum & intestina sunt. *Secunda*, ubicunque fit circulatio sanguinis, h. e. in omnibus venis. *Tertia*, ubi sanguis extravasatus est.

Humores vitiosi in arteria gastrica contenti vomitu optimè evacuantur.

Pharmacorum vis purgatrix nunc in resinosa latitat parte, nunc in sale. Hinc Rhabarbarum, Agaricus, Jalappa, Turbith, optimè extrahuntur Spiritu Vini, extractumque eorum optimè purgat.

At ſi Colocynthidem, cujus vis in ſale eſt, extrahere velis, fruſtra laboras, potiſſimum enim operatur in ſubſtantia. Sic ♁ium, non infunditur in Spiritu vini, ſed in aceto deſtillato, & ſi vinum infundas, quò fortius & generoſius illud ſit, eò debilius extrahet; quò verò magis ad aciditatem & ♀ream inclinet naturam, eò fortius, experiri hoc poteris in vino Hiſpanico & Gallico.

An omnes humores ſubſtantiâ peccantes per purgationem evacuari poſſunt? Reſpondetur, Minimè. Sunt enim vel intra vaſa, vel extra vaſa; qui *extra vaſa* ſunt, rurſus ſunt vel tenues, vel craſſi. *Craſſi* evacuari non poſſunt, quia magna vis medicamenti, quæ tamen requiritur ad craſſorum attenuationem, non poteſt pertingere ad partem affectum; *tenues* educi poſſunt. Sic Hydropicorum expurgatur aqua, ſic ſæpe in Aſthmate, ubi materia tenuis in pectore heret, feliciter procedit evacuatio.

PURGATIO noxia.

Humores in vaſis contenti iterum vel

tenu-

tenues ſunt, vel craſſi. Hîc omnes tenues educi non poſſunt, ut in malignitate. In doloribus arthriticis purgatio non conducit, humores enim, quorum aliâs magna hîc eſt ſolutio, ſemper denuò ſolvuntur, ita ut finito uno paroxyſmo, alter ſtatim in alia parte ſuccedat. Nocet etiam Purgatio Calculoſis. Sic quoque in Cancro efficit.

Quando magna eſt confuſio humorum, tunc purgatio nocet, prodeſt verò, quando ſegregatio fieri incipit humorum, id quod in febre maligna manifeſtum eſt, ubi propter perturbationem humorum & ſpirituum, purgationem inſtituere non audes.

Humores peccantes etiam per ſudorifera & diuretica educi poßunt. Ubi quoque per Venæ ſectionem, verùm ſimul ſanguis bonus hîc effunditur. Omnes enim in phlebotomia evacuantur humores.

Illi, qui putant in venæ ſectione naturam validam ſemper vitioſum ſanguinem excernere, & bonum retinere,

propterea quod viderint in venæ ſectione ad deliquium usque inſtituta, prius ſanguinem emiſſum in vaſe ſegregari, ultimò verò effuſum ſemper unum eundemque manere, illi inquam, decepti ſunt. Poſterior enim ſanguis non ideò non ſegregatur, quia bonus eſt, ſed quia ſtillatim & non rigorosè ac prior ille è vena proſiliit: Uterque & bonis & malis humoribus conſtat.

Quæritur ulterius, *Quomodo purgatio ſit inſtituenda?* idque vel ratione, purgationis, vel ratione purgantis cognoſcitur.

Si ipſum purgationis actum attendimus, inveſtigatione convenit, *quâ quantitate humores ſint educendi?* Et ſtatuimus, humores excrementitios, utpote ſolâ quantitate peccantes (e.gr. bilis in veſicula fellis nimis abundans) ſolâ mole & quantitate imminuendos eſſe: corruptos verò & præternaturales totaliter excludendos & evacuandos. Sed, *an unicâ vice hi corrupti humores expurgandi ſunt?* Optandum quidem hoc

eſſet,

esset, sed rarò & non tutò in praxi hoc tentandum. Cùm enim in purgatione non solùm ad causæ morbificæ evacuationem, sed etiam & præprimis ad conservationem illarum virium, quæ in corpore ægroti, prudentem Medicum respicere decet, necesse est, ut distinctis & repetitis vicibus saburram illam educat. Si quæras, *quantum pro unica vice expurgare audeas?* difficilem sanè moves quæstionem; Verùm quantum experientia practica docet, in magna vel copiosa colluvie decies vel undecies excernere audes, in mediocri quinquies vel sexies.

Objicias & dicas, in numerato Medicus ægroti excretiones habere potest. Respondetur, in notorum subjectis id optimè fieri posse, utpote ibi apertum est, quomodo & quâ obedientiâ natura jam antea medicamentis auscultaverit: In ignotis verò res est difficilior; & licet non adeò certus semper Medicus hîc esse possit, sufficit tantùm, ut faciat, quod potest, h. e. curet.

Instas porrò & *quæris*, *Annon interdum ultra denarium illum numerum progredi liceat?* Et rursus, *Annon infra etiam quinarium illum substitisse consultum?* Ad *primum respondeo*: id fieri posse in duobus casibus, (1) si humor partem aliquam principem occupat, ut in Apoplexia, qui affectus purgatione validâ facillimè tollitur, modo purgantia assumi possint. (2) Quando humor ruit per totum corpus, e.gr. Choleram, nisi vehemens adhibeas purgans, non curabis. Ad *secundum* scias, nequaquam infra 5. vel 6. excretiones subsistendum: Non enim convenit, ut delicatulis quibusdam ægris blandiendo tibi infamiam, illis noxam contrahas. Purgantia enim minori dosi exhibita plus nocent, quam prosunt, nihilque aliud agunt, quam quod humores attenuēt, qui attenuati, cùm ob defectum justæ pharmaci δόσεως excludi non possunt, per totum corpus ruunt, illudque conturbant.

Perspectâ purgationis quantitate ad *tempus devenimus*, & *quærimus*: *Quô tem-*

tempore medicamenta purgantia sint adhibenda? Respond. Quum humor aptus est, i. e. quando potest segregari â massâ sanguineâ, scil cum nec nimis tenuis, nec nimis crassus est, nec necessum semper, ut mitigatio quædam humorum præcedat, in casu enim necessitatis, quando morbus nullam moram patitur, & quando humorum acrimonia tanta non est, ut Medicum ab eductione detinere debeat, statim purgatio instituatur.

Angunt se hic miserè multi in explicandis Aphorismis *Hipp. 22. sect. 1. & 29. sect. 2.* Verùm juxta nostram sententiam res adeò abstrusa non est: Arbitramur enim Divinum Senem *per concocta* nihil aliud intellexisse, quam ea, quæ â massa sanguinea segregari possunt; & in altero, per verba (*incipientib⁹ morbis*) hoc eum monuisse, ut statim ab initio morbi purgemus, antequam vitiosi humores, mediante perpetuo cordis motu cum tota massa sanguinea confusi & commixti sint. Si enim rem hanc ulte-

rius perpendere allubescit, videmus humores tunc demum segregari posse, cum (1) â natura victi & superati sunt; Quemadmodum enim caro ad ignem culinarem posita, spumam suam tùm deponit, quùm ab omni igne per ollam ingressæ carnis substantiam attenuare incipit, ita, ut eâ attenuatâ, purum ab impuro secerni possit; pariter & hic calor noster naturalis humores attenuat, & ad segregationem aptos reddit. (2) Cum vitiosa quædam materia alicubi in corpore hærens cum sanguine nondum confusa est, ut antea diximus (3) Cum naturam humores attenuare & debellare conantem debitis auxiliis adjuvamus. Sic qui piscem coquit, non rem omnem soli igni committit, sed quod citius spumare queat, affundit acetum, quo facto spuma citius apparet.

Quoad tempora morborum universalia sciendum, *in initio*, cum humor nondum est confusus, evacuationem concessam esse; *in statu* verò & *declinatione* rarò & non nisi lenibus medicamentis

alvum

alvum movere licet. Si enim in declinatione validum exhibes purgans, humores jam ſegregatos de novo confundis, & ægroto recidivam facis.

Circa particularia morborum tempora, uti vocant, *Paroxyſmos*, notandum eſt, illos fieri duabus ex cauſis: (1) Quod materia peccans redeat in vaſa. (2) quod ex vaſis ruat in vicinas partes. Sic e.gr. quamdiu materia arthritica peccans in venis quieta hæret, tamdiu æger nullos perſentiſcit dolores: Aſt ſi commota ex nervis fertur in tendines, tum tormenta incipiunt & cruciatus ægrotorum: His præſuppoſitis, cum humor ex vaſis in partem externam ruit, tunc tutò purgare potes, modo alia etiam reſpondeant requiſita; ſi verò ad Cor fluit, prohibetur.

Ratione diei temporis, optimum eſt illud, in quo medicamenti vis infringi non poteſt, id quod eſt eſt cum vacuo ſumus ventriculo, exceptis pilulis reſinoſis, quibusdam medicamentis, quæ facilè in ventriculo concreſcunt, & ideò

liquido seu solutivo quodam opus habent, (exhibita scio aliquando puerperæ gr. xvj. resin. Scammon. quæ tamen ob eandem causam alvum ne minimum quidem laxarunt,) & medicamentis lenioribus, quæ aliquam comestionem postulant, uti sunt Manna, Cassia, &c.

Sub cane & ante canem non bonæ sunt purgationes, humores enim tunc temporis ob igneam fermè aëris qualitatem nimis attenuati sunt & tenues. *Vere & Autumno purgemus*, sed videamus, quid cujusvis natura & morbi ipsi consueti indicent. *Hyberno tempore in totum quidem evacuatio non interdicta est:* Verùm cum hâc frigida anni parte spiritus in purgatione amissos non facilè restituere possumus, nisi summa urgeat necessitas, ab eo abstinemus.

Ex quo loco corporis evacuandum? Respond. Prima Regio corporis Ventriculus, Intestina & eorum vasa optimè enemate evacuantur, vel levi medicamento, præstat tamen Clyster. In Lienis affe-

affectibus & circa Lienem Vomitus & Clysma optimè prosunt. Vomitus quidem, quia arteriæ gastricæ sordes suas deponunt in cœliacam; Clyster, propter venam hæmorrhoidalem. *In secunda Regione* optimè procedit purgatio. *Pariter etiam in Tertia*; Nam falsum est, humores extravasatos omnes evacuari non posse: de crassis quidem hoc verum est, non de tenuibus, quorum signum est, si digito prementi cedant. Ubicunq; ergò fit Circulatio sanguinis ibi etiam evacuare possum. In Cavitatibus, quæ quarta videtur Regio, utpote abdomine, pectore, cerebro etiam convenit purgatio, (idque docet experientia) licet hîc non fiat circulatio sanguinis. Cogit hoc me, ut tractionem aliquam, sed exiguam, in purgantibus nolens volens concedam. Nisi humor compactus in corpore hæret, purgationes non sunt periculosæ: Verùm instituantur ita, ut pedetentim fiant, & 24. horarum spatio ac successivè operationem suam edant.

Per-

Perpendamus insuper, *Quid faciendum?* (1) Ante purgationem, (2) In purgatione, (3) Post purgationem.

Ante purgationem, si morbus inducias & moram concedit, præparandus est humor, & viæ aperiendæ. Sic accidit in febribus ardentibus, uti etiam in morbis melancholicis, feces alvinas in intestinis nonnunquam ita exsiccari, ut viam prorsus educendis humoribus intercludant, hanc obstructionem nisi clystere tollas; vel addito laxativo corrigas, frustra est quod agis.

Munire etiam interdum opus est intestina, non quod humorum acrimoniam corrodentem metuamus, rarò enim hoc fit, sed quia pharmaca quædam caustica sua vi eorum tunicas lædere possunt, ♂ & alia.

In purgatione corpus moveatur: Omnis enim sive quies, sive somnus etiam in initio purgationem impedit. Qui adeò fervidi sunt, ut statim â sumpto pharmaco movere cogantur, illi post assumptionem ad dimidiam vel etiam

am integram horam decumbere possunt.

Post purgationem, cum vires aliâs debilitatæ sint, ægrique propter pharmaca adhuc nauseabundi, vix aliud quid præscribimus, aut ordinamus, quam haustulum vini generosi, cum pauxillo panis saccharati.

DE PURGATIONE, quatenus auxilium est, cōsideratâ, egimus in præcedentibus; jam *de auxilii materia*, sive purgantibus ipsis, pauca perpendemus.

Tria sunt investiganda, *I. An in purgatione purgantibus utendum? II. Quibus purgantibus utendum?* & *III. Quomodo?*

Prima quæstio nonnullis frustranea videri posset; Verùm evenit interdum, licet rarò, ut absque purgantibus purgatio succedat: Sic fuit Vir quidam, Marsehius dictus, qui pro evacuatione nunquam ullum assumpserit pharmacum, sed vel solo medicamenti odore, vel tantumodo recordatione ejus, dum Medicus formulam præscriberet, al-

vum

vum ſibi commovit. Aſt ejusmodi purgatio non adeò cōmoda eſt, ac ea, quæ â medicamento cauſatur. Videmus etiam non rarò quibusdam ab terrorem, timorem aut conſternationem alvum ſubitò moveri, & excrementa tenuia non ſecus ac in purgatione excerni, id quod ideò fit, quia in ejusmodi affectu animi, Cor & totum Corpus comprimitur, ac anguſtatur, fellisque capſula conſtringitur, quæ conſtricta bilem in inteſtina infundit, quæ effuſa excrementa ſtimulat, attenuat, & flavedine ſuâ tingit, omnes enim ejusmodi excretiones flavæ ſunt; hinc manca eſt illa ſententia, quâ ob ſolam ſphincteris alvi relaxationem hoc fieri ſtatuitur, ſic enim tantùm craſſa exirent.

Quibus Purgantibus uti conſultum?

Pharmacorum copia inopes nos facere videtur; Verùm videtur tantùm. Si enim omnem illam purgantium farraginem, quam Authores congeſſerunt, probè perpendimus, multa ex eorum claſſe exterminanda erunt, ita ut ad paucita-

rem

tem fermè nos redactos visuri sumus. Sunt enim quædam ex illis, quæ ob ignaviam, aut vehementiam suam vel prorsus non usurpanda sunt, vel raro & summo cum judicio.

Ignava sunt: Hyssopus, Terebinthina, Epithymus, Polypodium, Lapis Armenus, Lazuli, quæ omnia ex catalogo purgantium expungenda, nec admittenda sunt, Turpethum, Hermodactylus, licet aliâs satis famosa & decantata: Succus Violarum etiam nihil facit.

Nimis Vehementia sunt: Helleborus niger, turbat enim totum corpus, periculum hujus rei fieri potest, si fonticulo ejus radicem imponas. ♁ium pro alvo movenda, ad vomitum tantùm conducit. Sem. Ricini Americani, Succus Cucum. Asinini, Elaterium, Gummi Gott. raro & quandoque tantùm adhiberi potest.

Ergò Purgantibus vehementibus prorsus uti non licet? Respond. In duobus casibus id licitum esse, in hydrope nempe & melancholia, non tamen usque adeò bo-

bonum. Hydrops enim vel in eo ſtatu verſatur, ut aliis medicamentis ſerum evacuari poſſit, ſic ergò non opus eſt hiſce vehementibus; vel eo jam deventum eſt, ut nullo alio medicamento, niſi vehementiſſimo, materia peccans obediat; Hîc cùm natura jam proſtrata ſit, pharmacaque fortia vires magis adhuc abſumptura ſint, tutò etiam non adhibentur. Secus eſt, doſin aliorum purgantium augere, & ſi Scammon. ♀rat. ℈j. non ſufficiat, præbe ℈ij. ℈iij. interdum tamen in morbis maximis, & ubi vires adhuc ſufficiunt, illa medicamenta vehementiſſima adhibere poſſumus. Videmus enim Vetulis & Agyrtis nonnunquam feliciter ſuccedere, id quod tamen in frivolorum illorum hominum patrocinium nequaquam dictum volo. Excludenda quoque ſunt, Ebulus, Sambucus, Iris, licet enim non multum purgent, id tamen quod evacuant, ſumma cum vehementia peragunt.

PURGANTIA ſelectiora.

Expunctis hiſce & exauctoratis vi-

dere

dere eſt, quam pauca reſtent verè purgantia. Sunt enim (1) *Mitiora*, Succus Roſar. Syrup. Roſar. ſol. Pruna, Manna, Caſſia, Aloë. (2) *Mediocria*, Senna, Rhabarb. Agaricus, Mechoacanna. *NB*. Semen Carthami non tam purgat, quam flatus movet. (3) *Vehementia*, Scammonium, Jalappa, Colocynthis.

Succus & Syrupus Roſarum nihil noxæ habent; *Pruna* cum nimis laxent, debili ventriculo obſunt; *Manna* dulcedine ingrata eſt, diſſolvi tamen poteſt in lacte ebutyrato; *Caßia* laxat omnes tendines & membranas, quibusdam & renibus noxia putatur, verùm experientia practica non reſpondet; *Aloë* nocet maximè ob exiccationem, & quod alvum poſt purgationem relinquat obſtructam, ſiſtit hæmorrhagiam narium, provocat hæmorrhoides, non quod oſcula earum venarum aperiat, ſed quia lentè & repetitis vici us operatur, quæ repetitæ excretiones pro more ſuo oſcula venarum hæmorrhoidalium ſtimulant, & ad excretionem ſanguinis irritant;

tant; *Senna* flatulenta eſt,& peractâ operatione alvum ſiccam relinquit. *Agaricus* nauſeabundus eſt; *Rhabarbarum* adſtringit ſimul, nec calidum invenitur apud nos, quemadmodum Itali illud perhibent, forſitan diverſitas Regionis in cauſa eſt; *Mechoacanna* lene eſt Medicamentum, & ſaltem tenuiora purgat; *Scammonium* anima eſt purgantium, & optimum omnium pharmacorum, modò cum judicio uſurpetur, quia vehemens eſt, nec nimis calidum & ſiccum; *Jalappa* ſuccedit & optima eſt, niſi quod vomitum moveat; *Colocynthis* paulò majori doſi uſurpata, adeò totum corpus vellicat,& ejusmodi tormenta excitat, quæ vel ipſos puerperarum dolores, ſi non ſuperare, tamen adæquare poſſit. Satius itaque eſt, eam aliis purgantibus pro ſtimulo admiſcere, quam ſolùm præſcribere.

Quâ quantitate exhibenda? In Subſtantia exhibentur Syr. Roſ. ſolut. ℥ij. Prunor.decoctor.℥iiij Mann. ℥ij. Caſſiæ ℥iß. Aloës ʒj. Senna ʒij. Agaricus

cus ʒij. Rhabarb. ʒij. (*NB*. ʒj. sufficit) Mechoac. ʒij. Scammon. ℈j. non gr. jx. non xij. Jalapp. ʒß. Colocynth. gr. iij. pro stimulo.

Si Medicus ægroti naturam non novit, an nempe vel facilè vel difficulter purgationi obediat, aut si adhuc junior, praxin tantùm incepit, jubet *Spigelius*, (α) eum considerare ægroti pedes, & ex longitudine eorum ad purgandum facilitatem, ex parvitate difficultatem colligere, quod quidem aliquid est, cum sint imbecilliores, non verò hîc tota veritas consistit. (β) Suadent alii, considerare ægroti habitum, quod si tenellus est & delicatus, nisi æger sit melancholicus, facilem permittit purgationem. (γ) Optimum est, interrogare ægrum, num indies semel vel bis alvum deponat; si hoc affirmaverit, facilè alvus movebitur, sin negaverit, difficulter.

Quo loco Purgans exhibendum? Licet quidam ex solo purgantium odore, dum vel nempe Scammoneum contundunt, vel alia purgantia comiscent, purgatio-

gationem sibi accersant; alii id facere conentur, purgans aliquod manu retinendo, donec incalescat, & spiritus de se fundere possit; alii, quod optimum videtur, vehementissimum pharmacum umbilico imponunt, ut ita alvum commoveant, (Unguent. Agrippæ, seu Unguent. de Artonita,) attamen cum hæ operationes non in omnibus & semper fiant, fidem illis adhibere non possumus. sed tutissimum & certissimum est, ut pharmaca ore assumenda, & per œsophagum in ventriculum deglutienda exhibeamus, de iis enim, quæ per inferius guttur, ut ille loquitur, injiciuntur, nobis hîc non est sermo.

An Purgantia exhibenda in Substantia, an in Extracto? Cum portio tantùm quædam in medicamentis hæreat, quæ purgat, non verò omnis ejus particula hanc vim in se habeat, omninò consultum est, ut arte chemicâ utilem partem ab inutili, puram ab impura separemus, mediante ac conveniente liquore, purgatricem illam portionem extra-

extrahamus. Remanentiæ illæ, quæ in extracto manent, prorſus non purgant, licet vel 3. vel 4. ℥. exhibeas, exceptâ ſolâ Colocynthide. Decoctum minus operatur, quam infuſum; Extractum magis quam infuſum. In extracto enim nihil, quam reſinoſa illa portio purgatrix eſt; in infuſo adhuc multum de liquore, hoc experiri poterit, ſi infuſo alicui ▽m frigidam infuderis, præcipitabitur enim reſinoſa ſubſtantia, & liquor nullius efficaciæ ſupernatabit.

Annon Purgantibus alia admiſcenda? *Gordonius reſpond.* Doloſum eſt, uti compoſito, ubi ſimplicia ſufficiant. Compoſita enim ideò inducta videtur, ut medicamentum præcipuum aliorum additione abſcondamus, id quod hodiè non novum.

Annon componi poſſit purgans, quod melius ſit, quam ſimplex? Reſpond. Niſi nova aliqua alia vis in purgante requiratur, id fieri non debet, nec poteſt, in illo verò caſu cõducit. Sic qui Melancholicum purgare vult, niſi admiſceat la-

xantia, finem suum non assequitur. *NB*. Hisce diebus Practicus quidam Melancholico ter vel quater purgans exhibuit, nec tamen alvum vel minimè movit, accessit Vetula, & suasit, ut folia Sennæ cum Prunis decocta assumerentur. Qui pituitosum evacuare cupit, pungentia addere necessum habebit. Nolim tamen omnia composita prorsus excludere, quædam non adeò cognita sint, ut pro simplicibus fermè habeantur. *NB*. In extractis opus est aliquo segregativo & dissolutivo: Exhibita est nuper puerperæ à quodam ℥j. resinæ Scamon. absque successu purgationis.

Purgantibus corrigentia addere conducit. Colocynthidi Tragacanthum, Sennæ anisum, Cassiæ Zz. *NB*. Omnia aromata ob calorem suum purgantium vim augent. Purgatio enim utpote quæ fermentatione & dissolutione fit, calore opus habet; sic panis non fermentat nisi in calido.

Quare particularia alterantia & confortantia purgantibus addenda sint, ego nul-

nullum video usum, neque successum. Simplicibus itaque semper utendum, nisi in extractis.

Quo temporis spatio purgantia purgent? Pilulæ purgant ignavissimè, postea pulveres, tum Electuaria, celerrimè omnium potiones. Hoc scire magni interest Medico, nam si gravidæ purgationem aliquam celerrimè operantem præscribas, naturæ vis abortum causabit. Dare itaque decet mulierculis gravidis pilulas, aut pulveres leniores, non multo ante cibum. Pilulæ cum cibo, ante cibum & post cœnam optimè operantur. Potus in pilulis dissolvendis illud non potest, quod cibus, qui diutius in ventriculo remoratur, & non tam citò ac ille egreditur.

Purgationem propriè dictam cum suis purgantibus hactenus consideravimus; Restant nunc duæ reliquæ evacuationes, *Clyster* & *Vomitorium*.

De CLYSTERE.

Clysma aptum est educere omnes humores, seu tenues, seu crassos. Verùm

non ex omni corporis parte, *sed solummodò & præprimis ex intestinis & liene.*

Quod Enema lienem potius, quam epar purget, causâ hæc videtur, quòd ultra intestinum Colon non transcendit, sed in illo tantùm, & in ejus vasis vim suam peragit, uti est Mesenterium, & ramus hæmorrhoidalis, qui tendit ad lienem, & per quem humores evacuantur ex liene. Convenit omni corpori, Viris & Fœminis, adultis, pueris, infantibus.

Vulgus recusat Enemata nunc ob pudorem, nunc ideò quia in extremis sita esse arbitrantur. Verùm ob clysterem mors non acceleratur, sed fit illud, quia Enemata non nisi summâ necessitate adhibere solemus.

Gravidis non facilè est adhibendum, quia vis ejus irritans intestinum rectum & uterum illi incumbentem stimulat ad expulsionem fœtus. Conveniunt potius pilulæ & pulveres, quæ magis fermentando, quam irritando operantur.

Illis

Illis qui hæmorrhoidibus laborant, obſunt clyſteres, imò frequens nimis illorum uſus fluxum hunc cauſare poteſt, & fiunt nonnunquam ex regurgitante & ſuppurante ſanguine horum vaſorum ulcera in inteſtinis.

Quantitas humores educendi in primo ordine eſt unica excretio, in ſecundo 3. vel 4. & in tertio 5. vel 6. nunquam ad duodenarium numerum adſcendere licet.

Humores per Clyſma educendi nullâ præparatione indigent, nam craſſi & tenues evacuari poſſunt. Omni tempore, etiam in ſtatu poſſunt applicari. Applicentur jejuno ſtomacho, aliâs cibus unà educeretur; & concoctio ita læderetur.

Accidit interdum, ut in febribus ex nimio potu purgantia retineri non poſſint, ſed ſtatim evomantur, ſi dum præmittatur clyſter, purgans retinebitur.

In Clyſteribus tantùm duo ſunt purgantia; Scammonium purgando, Colocynthis irritando. Adduntur reliqua

pro commodiore evacuatione; cùm enim via aperta & lubrica esse debeat, ideò additur oleum: cum excrementa fundi velint, adjungitur Sal gemmæ, & quia flatus immissionem clysmatis impedientes discutiendi sunt, admiscentur Carminativa anethum, Cuminum, &c.

Purgantia in dupla hic quantitate præscribuntur, ad ea quæ per os accipiuntur, Diaphœn. DiaCathol. ℥ij. ultimum parum operatur.

In Apoplexia tam acres interdum Clysteres è Colocynthide præscribere necessum est, ut ipsum sanguinem eliciant, sed nihil obest, vita enim servanda erat, & damnum hoc facilè reparari potest. Colocynth. gr. x. Scammon. ℈ij.

Quod si unicam excretionem movere velis, aliquam tantùm partem de dictis dosibus præscribes, illæ enim integræ medio ordine respondent.

Difficilius in enemate causa facilioris & difficilioris evacuationis invenitur, quam in purgatione.

Quo

Quo debiliores ſunt ægri, eo plus â pharmaco per os ſumpto excernunt: minus verò poſt injectionem clyſmatis; Hic enim irritatio non ita locum habet ac ibi, ubi Colon fœcibus obductum eſt, undè parum premitur, & hinc non multum in venas intrat.

Æger incumbat in latere dextro, & ei injiciatur clyſter pedetentim, poſt injectionem æger ab omni motu quieſcat, ne diaphragma & muſculi abdominis attollantur & comprimantur. Retineat per horam integram, ſi fieri poteſt; minus temporis ſpatium inſufficiens, majus excedens.

De Vomitu.

Vomitus etiam omnes humores craſſos & tenues evacuare poteſt, verùm cum tenues alii levioribus cedant, tantùm craſſis, lentis ac frigidis humoribus dicatus eſt. Evacuat ex toto corpore, præſertim verò ex liene & vaſis circa lienem, quia arteriæ cœliacæ ramus cum ſtomacho continuus eſt.

Unica excretio in vomitu nihil valet, duæ aut tres infimum ordinem faciunt, quinque aut ſex medium, 10. aut 12. ſummum.

Alterantia quidem præmitti poſſunt, ſed non ex abſolutâ neceſſitate; ipſa enim vomitoria propriâ ſuâ vi humores fundere poſſunt.

Omnia corpora vomitoria non admittunt, ſed ſolum fortiora & quæ aliâs ad vomitiones ſunt proclivia.

Non convenit Vomitus, ſi pulmo ſolutione continui laboret; ſed ſi repletus eſt craſſis tantùm & viſcidis humoribus, tunc optimè conducit; hinc falſum eſt illud: In omni morbo pectoris noxium eſſe vomitum. Contingit non rarò materiam lentam & viſcidam ad digiti craſſitiem ſuperiori diaphragmatis parti inſidere, quæ niſi vomitu auferatur, ægrotum jugulat. Sic obiit Landgravius quidam Haſſiæ, in cujus diſſecto cadavere ejusmodi inventa eſt materia.

Vomitus non prodeſt in Cephalalgia,

gia, nisi ea ab humore melancholico proveniat, nec in ullo bilioso affectu.

Vomitum & in principio morbi, & in declinatione movere conducit: Sic febres lentæ, sic Melancholia, sic Arthritis, imprimis verò Ischiatica, multùm auxilii â vomitu accipit. In Epilepsia dubius est successus.

Noxium est, vomitioni simul alterantia & purgantia præmittere; His enim intestina lenta, illis mucilagine spoliata jam sunt, ita, ut vomitorium postea eorum substantiam corrodat & maxima tormenta faciat.

Pauca dantur vomitoria; quædam enim nimis vehementia sunt, & prorsus non usurpanda, ut Ellebor. albus; quædam nimis levia, & nihil fermè operantur, ut Atriplex, Raphanus, &c. Quæ usurpari possunt, sunt Semen atriplicis, Gummi guttæ, ⊕-lum album, ♁ium & ejus ✕; ast hoc ultimo infuso tantùm. ♁ium cum ✕. suo optimum est in infuso. ⊕-lum idem in majori copia præstat, verùm cum majori noxâ.

 Vo-

Vomitoria justam & exactam postulant dosin, parciori enim manu exhibita, vim suam amittunt, & per alvum purgant.

Justa ἐμέτως indicium est, si flava & viridia evomantur: imperfectæ, si tantum aquea & albâ. Colores autem illi non in humoribus fuerunt antea, sed â medicamentis inducuntur. Sic infantes lac assumptum evomunt coloratum, cum tamen prius fuerit candidum.

⊕-lum album me præscriptum legisse memini ab Heurnio ad gr. ij. verùm id nihil facit, requiruntur ℈ß. gr. xij. xvj. Succ. fol. Asar. ℥ij. Rad. infus. ʒiij. Gummi gutt. gr. x. ♁ium præparatum seu Croc⁹ metallorum gr. jv. viij. rarò tamen ad hanc ultimam dosin adscendimus, nec illo prorsus, nisi in infuso utimur. Præstat omnibus infusum ♁ seu ejus ✕✕, infunditur autem nunc cum ✕, nunc cum vino; infusio cum ✕ illud commodum habet, quod ipsa ♁ ij substantia ab acredine ✕ti abradatur, quæ abrasa fũdum petit, quia gravior

vior est, jam si ejusmodi infusum pro aliquot vicibus præparetur, priores portiones parùm operabuntur, ast cum ad fundum proventum fuerit, & si respectu priorum portionum hâc eâdem dosi præparare velis, ægro vel intolerabiles cruciatus, vel ipsam mortem causares.

Vinum Hispanicum valdè parùm educit aut extrahit; optimè Gallicum aut Rhenanum, quia ad acredinem & ♀ream naturam vergunt; Rubrum vinum etiam melius extrahit, quam album. Spiritus Vini ex ♁io nihil extrahit.

Frustrà præscribitur dosis infusi Croci metallorum, aut ℞ ℥ij; in liquoris enim quantitate cardo vertitur. Nullum recipiens recipit per modum imprimentis, sed per modum receptivitatis suæ. Liquoris sint ℥ij. ℥ijß.

Vomitoria in substantia omnia nocent. Qui levem cupit vomitionem, assumat vomitorium pleno ventriculo, qui graviorem vacuo.

Non solùm æstate, sed & hyeme vo-

mitus prodest, & excitari potest contra Hippocratem.

Assumpto vomitorio superbibat æger cerevisiam, aut aliud jusculum probè butyratum, sic enim facilius vomitus procedet.

Qui quiescit & in lecto jacet, vix dimidiam partem ejus vomit, quam ille, qui se commovet.

Post vomitum lac dulce cum pane candido exhibeatur, hoc enim œsophagum & ventriculum iterum demulcet.

Vidimus quomodo humores totâ substantiâ peccantes partim pharmacis, partim clysteribus & vomitoriis evacuari possunt; Superest, ut de duobus reliquis evacuantibus *Sudorifero* & *Diuretico* pauca dicamus.

De Sudorifero.

Primò quidem de *illo*, circa quod quæritur, *An conveniat sudores ciere?* Queruntur enim ægri sæpe & adstantes eorum usu vires dejici & absumi, quod quidem in tantùm concedēdum, quan-

ctùm

tùm & hoc certum eſt, commodum, quod â ſudoriferis infertur, multò majus eſſe, quam noxam illam, quæ provenit â viribus debilitatis: adde, quod viribus prorſus exhauſtis nullus facilè ea præſcribet.

Si modum illum, quo medicamenta hæc operantur, inveſtigemus, neceſſum eſt, ut vel ad calorem, vel ad facultatem aliquam fundentem cõfugiamus. Nunquam enim ſeroſa illa materia ideò per poros egreditur, quod ſudorifera illam depellant; ſed quia apta facta eſt ad egrediendum, h. e. quia humor eſt calefactus & attenuatus, partesque tenues â craſſis ſunt ſegregatæ, in hoc enim tota diaphoreticorum operatio conſiſtere videtur.

Sudorifera conveniunt humoribus tenuibus, ſero & bili, quanquam magis illi, quam huic, hæc enim aliis etiam evacuantibus paret. Quin & craſſis conferunt humoribus, modò poſſint attenuari, poſſunt autem illi, qui ſpirituoſi ſunt, utpote pituita; Verùm non omnis,

ſed illa tantùm, quæ ſalſa eſt, acris, vel tenuis. Craſſa & aduſta nunquam diaphoreticis educitur, ſunt enim hæc medicamenta plerumque calida, & ita aduſtis calor additur, ac major aduſtio cauſatur. Melancholia ſudore non educitur, & licet quædam ſudorifera hujus generis affectibus ſæpè cum emolumento exhibeantur, hanc tamen earum operationem illis non adſcribes, quatenus ſunt ſudorifera, ſed quia Cardiaca & Soporifera admixta ſunt.

Locus ex quo evacuant, eſt ſecunda vel tertia regio, vaſa nempe omnia, & totius corporis habitus: Ex prima verò regione, utpote ventriculo, inteſtinis & vaſis circumjacentibus nihil educunt.

Quoad Quantitatem illorum humorum, qui educuntur, nimis certè parva illa eſt, quæ extrudi poteſt. Hinc magnum errant errorem, qui abſolutam & plenam cacochymiam, utpote in Hydrope, ſudoriferis expellere conantur. Hoc quidem in lue ♀rea interdum cōducit, verùm in hoc caſu & interdum tantùm.

Ca-

Cæterum Quantitas educti humoris juxta numerum indusiorum vel linteaminum madefactorum definiri potest. Infimus enim gradus est, si unum tantum linteum est madefactum; mediocris, si duo; summus (excepto eo, qui in lue ♀ ea adhibetur) si tria.

Accidit hydropicis interdum, ut bullæ vel vesiculæ in eorum abdomine compareant, ex his apertis duarum vel trium horarum spatio non rarò plus aquæ exsudat, quam optimum sudoriferum per integram noctem educere potuisset.

Sudor ex toto corpore debet educi; Hæc enim serosa materia non tam ex humoribus, quam constitutione partium provenit.

Quoad Tempus sciendum, quod hoc medicamentum exhibere non liceat, antequam humores fusi attenuati sint & pauci. Noxium exindè est, in principio morbi & in augmento, utile in statu & declinatione.

In Paroxysmo sudores duas ob cau-

fas

ſas movemus; Vel quod paroxyſmum imminuere; vel quod materiam paroxyſmum cauſantem tollere mens eſt: Si illud intendimus, exhibemus ſudorifera ante acceſſionem; Si verò poſteriori tantùm ſtudemus ſcopo, in declinatione etiam illius locus eſt.

Jejuno ventriculo non pleno ſudorifera exhibentur, aliâs humores innati ſimul â Centro raperentur. Poſt cibum tertiâ vel quartâ horâ tranſactâ illa exhibeantur, tunc enim concoctio & diſtributio peracta eſt. Omnium optimum eſt tempus nocturnum, utpote ubi calor internus concentratus fortior eſt, externus debilior.

Sudorifera Æſtate facilius operantur, quam Hyeme; Verùm etiam cum majori noxa & debilitate virium.

Sudor pedetentim, non confertim moveatur, quin & ceſſatio â ſudore pedetentim non ſubitò fiat; induſia, quæ mutantur, & denuò induuntur, ſint tepefacta.

Tegumenta circumponere, quam ſupra-

præponere præstat; Quod si sudor elici nolit, obtegatur totum corpus unà cum capite, aliâs pro pulmonum & cordis refocillatione caput liberum linquimus.

Medicamenta sudorifera pauca vera sunt, & inter hæc excellit Opium; Quod enim Theriaca, quod Mithridatium sudorem moveant, hoc omne ab admixto faciunt Opio; Expertus ego sum, hæc duo Electuaria, absque Opio præparata, sudorem prorsus non movisse.

Præter Opium sudores movent ⊖, facultate nempe sua fusoria. Verùm depurata ea sint necesse est. Hinc Sal Gemmæ & commune nihil seri eliciunt.

Omnes herbæ, quæ multum salis in se continent, multum etiam sudoris eliciunt: utpote Absynth. Card. bened.

♁ium & præcipuè illa præparatio, quæ Diaphoretica appellatur, huc etiam quadrat.

Commendantur quidem ad sudores movendos in lue ♀ea lign. Guajacum, Sassafras, Sarsaparilla, China & Saponaria;

naria: Verùm primum illud parum operatur, reliqua quatuor prorsus nihil.

Qui pulmones habent calidos, illi tenues obtinent humores, & proindè ad sudorem proclives sunt: ita Pthisicos sudoribus continuis fermè diffluere videmus, & in tantum debilitari, ut Medicus vel maximè necessum habeat viribus illorum succurrere, & sudores impedire.

Quemadmodum internis, sic quoq; externis mediis sudores promovemus. Præstat hoc ignis vel ex lignis & cespitibus, vel ex 🜅. accensis, vel ex chalybe & ferro candente in aqua extincto.

Triplici autem modo hoc beneficio ignis utimur, (1) ægrum in domunculam chartaceam collocamus, & in illa obtecta 🜅. incendimus, cujus flamma & calor poros aperit, & humores liquat. (2) Domuncula ex ligno paratur, in qua prunæ candentes, vel chalybs aut lateres extincti, idem ac 🜅. faciunt. Verùm molesti nimis ægrotis hi duo modi sunt, & licet Medicus illi per tres horas

in

in ergastulo hoc permanere præcipiat, vix tamen $\frac{1}{2}$ vel $\frac{3}{4}$ in illo consumet. (3) Paratur cista lignea funibus latis pensilis (quemadmodum lenilli conducibiles militum castris fieri consueverunt,) in hoc æger vacuet, & sub illa, & ad pedes & ad caput ponitur ignis, qui sursum calorem suum mandans ægrum & Medicum voti sui participes facit.

Opium exhibetur ad gr. ij. vel iij. quatuor non facilè exhibemus, nisi præcedentes doses absque effectu jam sint exhibitæ. Correctum verò esse debet, utpote est Laudanum opiatum, Theriaca Androm. Mithridat. ad ʒj. Salium si grana aliquot præscribis, nihil facis, exhibendus ℈ß. Carduus bened. ʒj. hæc herba plus in substantia operatur, quam in decocto, ubi ℥v. conveniunt. Decocta lignorum, si usque adeò illis uti libido est, exhibere debent singulis diebus ad ℔j. manè nempe & vesperi ℥vj.

Sudorifera correcta præstant simplicibus.

In illo sudore qui externis mediis elicitur,

citur, ipse æger indicabit quantitatem sufficientem, dum nempe sudores rivulosè à se fluere viderit.

Quod de ⊖, ℴℴℴ & Extracto Ligni Guajaci gloriantur, meræ sunt nugæ,& memini ego Magnatem aliquem ab ejusmodi nugivendulo egregiè deceptum esse, utpote qui ex C. ℔. hujus ligni olei non plus, quam ℥j. elicere potuit.

De Diureticis.

Sequuntur *Diuretica*,quæ tutò & absque omni periculo usurpari possunt; non enim prosternunt vires, nec corpus conturbant. Illud autem quod agunt, etiam fundendo perficiunt. Verùm *miratur aliquis & objiciet: Si Diureticum, si Sudoriferum & Purgans operationes suas uno eodemq; modo, fundendo nempe efficiunt, quidquæso discriminis erit inter tria hæc medicamenta,& cur non indifferenter uno pro quolibet uti licebit? Respond.* Differentiam illam in diversis fusoriæ qualitatis gradib⁹ repositam esse, ita

ita ut sudoriferis humores fiant tenuissimi; purgantibus minus tenues; Diureticis omnium minimè. Hinc si purgantium aut sudoriferorum vis inhibita fuerit, humores non per alvum excernentur, neque per poros exibunt, sed per urinam, hîc enim aliqualis attenuatio sufficit; quæ ibi insufficiens est. A Diuretico verò intercepto nunquam neque alvus neque sudor movebitur, ob eandem causam.

Diuretica ex prima regione corporis nihil educere possunt, sed potissimùm ex secunda, imò etiam ex tertia, sed tum demum, cum humores ad vasa regrediuntur, uti fit in Anasarca.

Quantitas illius quod educitur pauca est, nec obstat copiosa illa in Anasarca per urinam excretio, quicquid enim in hoc casu fit, id omne soli naturæ adscribendum, nec quicquam vel arti, vel prudentiæ Medici.

Si Urina ultra naturæ consuetam excretionem ad ℔j. pervenit, quãtitas hæc mediocris erit, si ulterius, summa.

Humores præparentur, antequam Diuretica exhibeantur. Non conveniunt in principio morbi, non in augmento, sed in declinatione, rarò admodum in statu.

Exhibeantur jejuno ventriculo; potius die, quam nocte; magis hyeme, quàm æstate: post assumptionem corpus moveatur.

Pauca sunt Diuretica. Cantharides nimia vehementia & cruditate corpus exagitant; Unum enim granum nihil facit, gr. ij. iij. ipsum sanguinem eliciunt, hinc consultius est, illis tantum pro stimulo uti. Memini hîc Lugduni Batavorum Medicum quendam eas ad gr. vj. exhibuisse, & ægrotum fermè prorsus jugulasse; Optimum est ⏀, & præcipuè præparatum illud cum ♀, quod Lapidem prunellæ appellant. Dosis est ʒij. *Vid. Schröder. l. 3. pag. 473.* Præter ⏀ est pulvis lumbricorum, glandium, borrax, rad. Petroselini, Asparagi, fœniculi, apij; doses horum eadem ac in decocto. Verùm hæc omnia parùm operantur.

Continuus Diureticorum usus, ut si & manè, & meridie, & vesperi usurpatur, eorum vim & efficaciam auget. Conveniunt enim omni tempore, modò recentia sint hæc medicamenta, non verò effœta.

Æger post assumptionem se moveat, & aliquid superbibat.

Externo etiam medicamento urina moveri potest, lapide nempe Nephritico, si is brachio alligatus, vel armillæ instar gestatus fuerit, id quod experientiâ testor. Optimum aliis hic lapis est remedium, verùm quia nimis grandi pretio venditur, non adeò in usu est.

Q. An humores totâ substantiâ peccantes nullo alio, quàm hisce quinque mediis ex corpore nostro evacuari poßint; & an Venæ sectio etiam conveniat? Respond. Phlebotomiam nunquam convenire, nisi Plethora adsit, hinc non tàm indignatione, quàm commiseratione digna est levis vulgi credulitas, qui Chirurgis fidem habens, singulis annis vel semel vel bis sanguinem sibi detrahunt,

sive

ſive plethorâ ſive cacochymiâ laborent. Videmus tamen interdum, ſanguinis miſſionem cōvenire in integra & completa cacochymia, verùm moderata ea ſit, inſtituatur per ἐπίκρασιν & frequentatas repetitiones, intermiſceantur medicamenta alterantia, confortantia, ac victus εὔπεπτος uſurpetur, id quod etiam Galenum feciſſe ſcimus. Hoc medio Medicum quendam Gallum, Regiæ Majeſt. nunc â Conſil. Med. ſibi ipſi cacochymiam mutaſſe ſcio, dum nempe 15. vel 20. in anno ſanguinem emitteret.

Quidam ſimul & eodem tempore & alvum, & ſudores, & urinam movere voluerunt, verùm infelici ſucceſſu. Rarò aliquis ſimul per urinam & alvum purgatur.

De Humoribus 2. Quantitate Peccantibus.

Quâ ratione Corpus noſtrum ab illis humoribus, qui ſubſtantiâ peccant, purum reddi poſſit, docuimus hactenus: Nunc illi ſe nobis offerunt humores, qui

Quan-

Quantitate vitium committunt. Faciunt verò hoc & Alimentares & Excrementitii humores; Illorum abundantia *Plethora* dicitur, & jam nostræ est considerationis; Horum excessum cacochymiam nominant; Verùm hujus considerationem in alium remittimus locum.

De PLETHORA.

Dicunt *Plethoram* aliam *ad Vasa*, aliam *ad Vires*; Ego bonâ fide testor, me nunquam in praxi mea illam invenisse Plethoram ad vires, quæ non simul etiam fuerit ad vasa. Intelligimus ergò hîc tantùm illam quæ ad vasa est, nec impuram, sed puram.

Plethora hæc communiter quidem tollitur sanguinis eductioe, verùm non solùm & necessariò; duobus enim mediis abundantem sanguinem iminuere possumus: (1) Si illum, uti dictum est, educimus. (2) Si inediâ eum consumi sinimus. Cùm calor noster iñatus nunquam otiosus sit, semperque aliquid po-

ſtulat, quod agat, exindè fit, ut ille deficiente confecto alimento ipſum ſanguinem aggrediatur, & illum abſumat.

INEDIA.

Inedia tutò uſurpari poteſt: Si quantitatem quæris, primâ fronte hæc quæſtio facilis apparet: Duæ enim libræ ſanguinis excedentes, inediâ duorum dierum tolli poſſunt. Verùm ſimul & ſemel omnem humoris abundantiam conſumere non licet. Partes enim concoctionibus inſervientes cùm ad coquendum nihil haberent, ab officio ſuo ceſſarent, ejus obliviſcerentur, & in ſe ipſas conciderent; ita ut poſtea ab optimo aſſumpto cibo maximam incurrerent noxam. Vidimus hoc in multis commiſeratione dignis exemplis eorum, qui in obſidione Leydenſi & Rupellenſi, quin & Pariſienſi fame ita emaciati ſunt, ut poſtmodum impetratis cibis, utut avidè eos devoraverint, frui non potuerunt.

Quidam hic Lugduni Batavorum, ob

ob delictum quoddam â se commissum, adeò contristabatur, ut pœnæ loco sibi ipsi jejunium strictum quatuor imponeret dierum: Hoc exacto, cum ad cibum redire vellet, maximam ab eo sumpto sentiit angustiam & debilitatem, ita ut postmodum per integrum octiduum Medici operâ uti cogeretur, qui summâ cum difficultate eum per alimenta liquida & confortantia iterum restituit.

Præter partes Spiritus etiam omnimodam sanguinis redundantis ablationem recusant, illi enim non ex omni parte sanguinis, sed ex optima, & quidem minima fiunt; Jam si sanguinem tam copiosè absumere vellemus, quid quæso remaneret pro eorum generatione.

Veteres inediam imponebant trium dierum, & interdum optimo cum successu, â venæsectione enim abhorrebant.

Humores ante inediam sunt præparandi. Biliosi humores minimè apti

ſunt ad inediam, ob circulationem enim ſanguinis magis magisque incenduntur. Pituita huic ſcopo optimè convenit; ſuccedit ſanguis & Melancholia. *Hippocrat. Aph. 7. Sect. 1.* nunquam ducitur in uſum; Verùm exindè Divinus ille Senex nullæ falſitatis eſt accuſandus; Ille enim in calidis degebat Regionibus, nos in frigidis.

Quibusdam ægris imminet Criſis, verùm quia comedere non poſſunt, vires adeò languidæ ſunt, ut naturam in debellando juſtè juvare non queant Hiſce optimè liquido aliquo ſuccurrimus confortativo.

Inedia facilè noctu fertur, quam die, melius Hyeme, quam Æſtate.

A conſueto cibo pedetentim recedere, iterumque ad illum accedere debemus, ne quid nimium inferatur Naturæ, quæ ſemper per gradus incedit.

Qui voraces ſunt nimis, eos ita fallere convenit, ut multa quidem alimenta, parùm autem nutrientia illis concedamus.

Vena-

VENÆSECTIO.

Volunt cōmuniter, ſanguinem tunc educendum eſſe, quando abundat, idque ex loco Galeni, ubi duo indicantia ſanguinis miſſionis ponit, morbi magnitudinem & virium robur. Verùm non ſemper, cum morbus magnus eſt, hoc licet, aliâs etiam in omni apoplexia, cholera, dyſenteria, id licitum eſſet; nec ſemper Venæſectio neceſſaria, quando ſanguis abundat, poteſt enim etiam, ut dictum, inediâ conſumi.

Quandocunq; morbus magnus cum periculo conjunctus eſt, ſanguis abundat, & vires conſtant, tunc Venæſectio locum habet; ſi nullum adeſt periculum, non opus eſt hoc generoſo auxilio.

Quidam nunquam ſanguinem emittere volunt, putantque ſuis ſpecificis & Synochos, & Inflāmationes Anginam, Pleuritidem curari poſſe; Verùm falluntur hi miſerè & falluntur.

Non agimus hîc de Venæſectione in genere ſumpta, *ſed quatenus evacuationis gratiâ ſolummodo adhibetur.*

Quantitas emittendi ſanguinis prima fronte ea videtur ſtatuenda, ut omnem abundãtiam ſubtrahamus: Verùm non licet; Unum enim hoc eſt, quod obſervaſſe mihi videor, exceſſum nempe factum fuiſſe, cum tantum eſt emiſſum, ut ſiniſter Cordis ventriculus ſanguinem non amplius pellat in corpus, hincque ad dextrum cordis ventriculum iterum accedere non poſſit. Non debet ergò educi ad ℔. vj. ſed *infima quantitas* eſt ℥iv. *media* ℥x. *ſumma* ℔j. ℥iv. interdum ad majorem copiam adſcendunt, verùm raró absque ægri noxa, qui exindè facilè in hydropem incidere poteſt. *NB.* In Regionibus calidioribus major conceditur quantitas.

Locus triplex eſt: Vel enim ex Vena ſecta, vel ex Arteria, vel ex Carne ſanguinem educimus. Cucurbitulæ ex carne trahunt.

In Venæſectione non opus eſt præmiſsâ humorum præparatione, quicquid enim abundat, ſemper poteſt educi,

ci, nisi alvus sit constricta, & in prima regione aliquid hæreat. Si Plethora adest, cacochymica præmittatur purgatio Venæsectioni.

Ratione temporis morborum Venæsectio institui potest in principio & augmento, rarò in statu & declinatione, nisi videamus Crisin futuram esse per hæmorrhagiam. Exemplum de menstruosis.

Crisis succedit, quando attenuatio & segregatio humorum facta est à natura, ratione temporis, dixi, semper benè succedit, modo ventriculus vacuus sit.

Optima est illa sanguinis missio, quæ per venam sectam fit.

Arteriotomia.

Arteriotomia ob solam sanguinis imminutionem nunquam debet institui; vulnus enim difficulter clauditur: Fit tamen aliquando utiliter, & non, nisi sanguis motu peccet. Sic in doloribus Cephalalgicis temporum arteriam, sic in quartana manûs secat Galenus.

Vena secta idem præstare potest, quia illa rursus convalescit; arteria verò planè discinditur, & carne circumjacente obstruitur, ut sanguini via ad partem affectam prorsus intercepta sit.

Si Arterias æquè ac Venas absque periculo secare possemus, multum auxilii in Arthritide & Cancro afferremus.

Quantum ex Arteria sanguis effluit, tantum emittimus, nisi nimium id sit, id quod ex actionibus ægri facilè est colligere.

Arteriotomia nunquam usurpetur, nisi reliqua jam probata nihil profecerint.

Circa electionem Arteriæ, primò manu quæramus Pulsum, & ubi is maximè debilis est, ibi sectionem administramus. Majorem arteriam cum acu prehendimus, & supponimus flocculos.

Præstat foramen amplum parvo.

Perindè est quam Venam seces, modo sit conspicua, hâc tamen cautelâ adhibitâ, si partes inferiores laborent, secetur vena inferior; si superiores, superior.

rior. Renes aliâs pro centro corporis in longitudine ponunt; Verùm hoc melius refertur ad Cor. Venæsectio ejusdem lateris cum parte affecta melius est, quam oppositi. Causa latet in Arteriis, non in Venis.

Si in Capite abundat sanguis, secetur Vena frontis: in Utero, Vena inferior: in Pectore, Vena brachij: In Lienis affectibus aperiunt nonnulli Hæmorrhoides, alii Salvatellam, posteriores nihil consequuntur utilitatis, priores maximum incurrere possunt periculum, hydrops enim multis ægris indè accidit.

Vidimus quomodo sanguis nimiâ quantitate peccans, tùm Venesectione, tùm inediâ, tùm Arteriotomiâ evacuari possit: Restant quatuor, quibus idem fieri potest: *Hirudinum suctio, Venarum hæmorrhoidalium fluxus, Uterina evacuatio,* & *Cucurbitularum usus cum & absque scarificatione.*

DE HIRUDINIBUS.

De singulis speciatim, & Primò de *Hirudinibus*: Laudantur illæ ab hoc,

culpantur ab illo: Priores partes occupant *Angli*: Posteriores *Belgæ*. Ut verùm fateamur, eorum usus necessarius non est: Si enim sanguinem totaliter libido est evacuare, commodè id per Venæsectionem peragitur; Si particulariter, scarificatio sufficiens est.

Afferunt insuper Belgæ tria incommoda, quæ earum usu provenire possunt; (1) est, quod ulcuscula relinquant sæpè maligna, id quod præprimis diebus canicularibus, dum Syrius ardet, facere soleant. (2) Quod pro vena nervum sæpè adjacentem aculeo suo pungant (3) Quod non sufficientem copiam exugant.

Quantitas sanguinis quam exugunt, triplex est, (1) & minima, si tantum bibunt, quantum possunt, & donec ipsæ decidunt, (2) & media, si ℥iv. sanguinis exhauriunt, (3) & summa, si ℥x.

Locus est, ubicunque venam secare non possumus, ut in Collo & Fronte, quæ partes necessariam illam constrictionem ad majorem venæ conspectum

ferre

ferre non possunt, aër enim pro ventilatione Cordis & pulmonum liberum postulat ingressum.

Circa *Tempus* nihil peculiare est, neque in modo, nisi quod ante usum ad dies vel septimanas aliquot (1) reserventur in aqua limpida & pura, sic enim mucilaginem suam & malignitatem deponunt, adde quod ob defectum terrestris & limosi nutrimenti extenuatæ, postmodum eò avidiores sint ad suctum. (2) Assuefiunt suctioni, & assuefactæ ita (3) applicentur venæ. (4) Si multum sugere debent, præscindimus illis caudam, sic enim posteriori sui parte sanguinem assumptum excernunt, & priorem sanguinem ex venis nostris copiosius bibere possunt. (5) Si nimium sugunt, conspergi possunt sale communi vel cineribus, ab his enim deterritæ sponte cessabunt. Ulcusculum ab illis inflictum pro curatione abluimus cum vino, addito pauxillo Theriacæ.

De HÆMORRHOIDIBUS.

Sequuntur *Hæmorrhoides*. *Q. An aperi*-

rienda ſint illæ? Medici ſemper anxii fuêre, & adhuc ſunt. Nos putamus, ad univerſalem evacuationem præſtare Venæſectionem, & pro particulari concedi poſſe earum apertionem, non tamen ſemper, non usque adeò neceſſariò, nec tutò. Ubi obſervandum, quod uterus cum venis hiſce majorem habeat conſenſum, quam cum Liene, quia ex recentis Menſtruis & Lochiis totaliter non expurgatis, hæc vaſa valdè intumeſcunt.

In Uteri affectibus eas non neceſſariò aperiendas eſſe apparet, quia ſanguis hac in parte redundans per propria vaſa expurgari poteſt, & multò tutius; licet enim facilè venæ iſtæ aperiantur, difficulter tamen rurſus claudi poſſunt. Et ſi Lochia non ſuccedunt, poſſunt illa propriis uterinis purgantibus excerni.

Quod *in Lienis affectibus* eas ſemper aperire conceſſum non ſit, ita patebit: In Lienis affectibus vel ex ipſo viſcere, vel ex vicinis vaſis humores ducimus.

Si

Si ex ipſo Lienis parenchymate, tunc fruſtra eſt vaſorum horum apertio, valvulas enim habent, quæ impediunt fluxum ſanguinis lienoſi, quicquid ſanguinis hîc educitur, illud omne provenit ex arteria cæliaca, nihil ex ſplene. Si ex vicinia evacuare animus eſt, etiam non ſemper venarum harum apertio prodeſt. *Triplices enim dantur Melancholici: Priores* toto corpore triſti, & craſſo illo ſucco abundant: *Poſteriores* appetitu deſtituuntur: *Ultimi* appetitum habent. Illis duobus, quia ſplenicus ramus & arteriæ cæliacæ obſtructus, Nihil emolumenti exindè paratur: Poſtremis non rarò multum levaminis. Nam dum hæc vaſa aperiuntur, poteſt arteria cœliaca abundantem ſanguinem ſuum per illa expurgare, & Lien de ſuo pondere multum in hunc expurgatam deponere. Ita hiſce ultimis Melancholicis poſſunt quidem aperiri, verùm absque omni neceſſitate: Unicus enim vomitus plus facit, quam vel decies repetitæ hæ apertiones.

Sed cùm sæpe ex hæmorrhoidibus sponte fluentibus humores crassos & atros evacuari videamus, opponat aliquis, *apertionem horum vasorum peculiariter evacuationi sanguinis crassi & vitiosi non convenire*. Verùm sciendum, sanguinem illum nequaquam ex liene venire, sed à Plethora totius corporis in vasa illa, utpote ignobiliora deponi, ubi ob moram facile in corruptionem & putredinem cadere potest, ita ut apostematis speciem præ se ferat, & hæmorrhoides hæ ex genere varicum videantur.

Sanguinem post vasa hæc aperta determinare in nostra potestate non est, & licet emplastra astringentia applicentur, ob motum tamen ægri operari non possunt.

Tempus est, quando reliqua nihil profecêre, hinc nunquam in principio, nũquam in augmento, nunquam in statu conveniunt, sed tùm demum, quando natura prorsus succumbit, & res est desperata. In declinatione opus non est, morbus enim jam receptui venit.

Ape-

Aperiuntur vel panno aſpero, vel foliis borraginis aſperis, verùm maximò cum dolore : præſtat uti ſcalpello.

De Menstruo Fluxu.

Succedit *Menſtruorum ſolicitatio.* Hanc facere Medico licet : Naturam enim ducem habet, quam, qui rectè agentem ſequitur, nunquam errabit.

Hoc remedii genus fæmellis adhibere poſſumus duplici in caſu : (1) quando ob retentas haſce lunares excretiones ſanguine abundant. (2) In quibus copia ſanguinis eſt, & menſtrua fluunt. Præſertim verò ſolito fluxus tempore. Nam ſi Medicus naturam earum, in novilunio excernere conſuetam, in plenilunio ſtimulare velit, tunc incaſſum laboraret, niſi vehementiſſimis utatur medicamentis, in quibus tamen plus noxæ, quam commodi miſeris illis accerſitur.

Quantitatem ſanguinis excernendi pro quantitate naturali conſueta definimus. Naturalis ergò & valdè pauca eſt

illa

illa quantitas ℥vj. Legitima & mediocris ℔j. ℔ij. quicquid excedit quantitatem hanc, id nimium illis videtur; Sic quidam ℔iij. ℔iiij. imò integram urnam implent: Quæ igitur naturaliter ℔ij. deponit, illa ad ℔iij. medicamentis incitatur, quæ ℔iij. ad ℔iiij.

Locus notus est.

Pessaria magis conducunt, quam medicamenta per os assumpta. Convenit omni *tempore*, nec opus est præmissâ humorum præparatione, nocte tamen melius fluunt, quam die, ubi interiores partes omnes calent.

In *modo* nihil est peculiare, nisi quod inferiores partes debeant esse calidæ, superiores frigidæ. In hoc peccant fæmellæ non rarò, cum totum corpus stragulis tegunt, hinc omnes partes simul & sursum & deorsum trahunt.

De CUCURBITULIS.

Supersunt *Cucurbitulæ* & *Scarificatio.* Hæc duo ex ipsa carne sanguinem sugunt. Sunt autem Cucurbitulæ & applican-

cantur illæ vel cum, vel ſine ſcarificatione. Hæ parùm operantur, & ſanguinem tantum ab uno loco in alium trahunt ſeu movent. Sic in ſoporoſis affectibus, ſic in magno nervorum dolore à ſanguine inflammato iis utiliter utimur: Cucurbitulæ ſcarificatæ ipſum extrahunt ſanguinem, nec ullum habent periculum.

Quantitas ſanguinis extracti parva & minima ſunt ℥ij. Mediocris ℥iv. ℥v. Summa ℥viij. Vidi per cucurbitulas ſanguinem ad ℥xv. extractum.

Si cucurbitulam ſanguine jam dum repletam removemus, novam loco ſcarificato imponimus, foraminaq; altius infligimus, aut denuò renovamus, major quidem exindè ſanguinis quantitas educitur, verùm dolores ingraveſcunt, ut vix ferendi ſunt.

Locus quidem omnis commodus apertioni huic chirurgicæ, ſed receptum more eſt, ut præprimis in collo, dorſo, brachiis & pedibus applicentur, quin & ad mammas fæmellis.

San-

Sanguis non ſemper copiosè profluit, licet vena pertuſa ſit, vulnus enim adeò parvum eſt, ut ſtillatitium tantum exitum ſanguini concedat. Hinc non raro fæmellis & timidis quibusdam, qui ſectione venæ abhorrentes, haſce vicarias cucurbitulas eligunt, ſanguis ex illa cauſa non fluit, ſed intra cutim & carnem ſerpit, partemque lividam & tumentem reddit. Raro conducunt in flatu, aut conceduntur, aliâs omni tempore morbi, diei & anni conveniunt.

Cucurbitulæ habentur, 1. Stanneæ, 2. Vitreæ, 3. Corneæ, has ultimas ſuctione applicatas ipſe vidi, quæ quidem ſatis traxêre, ſimul autem ægrotum, cui apponebantur, tumulentum faciebant. Vitreæ fortiter trahunt, Stanneæ debilius. Curarunt nonnulli cucurbitulas confici argenteas cum foramine, ut operculo remoto calorem, tractionem & dolorem mitigare poſſint.

Germani utuntur cucurbitulis incalefactis, oris earum ſevo illitis absq; flamma. *Belgæ* cum flamma eos uſurpant,

quæ

quæ quidem potentius trahunt, sed majorem ægris causant timiditatem, quod in illis non est, quæ tamen suo munere sat benè funguntur.

De Scarificatione.

Scarificatio non habet locum, nisi in cucurbitulis, & licet etiam per se absque hisce vesiculis usurpetur, nimis tamen crudele remedium est, ac maximo cum dolore conjunctum, carnificinam eam potius dicerent ægroti, quam Medicinam. Vidi tamen in Galliis cuidam, qui Cephalalgiâ longâ & desperatâ laborabat, ejusmodi scarificationem in collo propè musculum Cucullarem applicatam esse, striasq; quinque oblongo ductu ad digiti profunditatem inflictas. Ejusmodi operatio expertum rei anatomicæ requirit Chirurgum, ne nervum aut tendinem lædat. Adhiberi etiam potest in Cancro, & Arthritide Ischiatica.

De Humoribus 3. Qualitate Vitiatis.

Prospectum itaque â nobis est, quomodo

modo

modo humores ſint emendandi, qui Subſtantiâ peccant & Quantitate: Siſtit jam ſe nobis illud vitium, quod in *Qualitate* conſiſtit, hoc *Alterationem* poſtulat.

DE ALTERATIONE.

Q. An Alteratio fieri debeat? Affirmativam omnia Medica ſcripta uno ore fatentur: Sunt tamen nonnulli Practici, qui nunquam alterant, ſed ſemper purgant. Ut certi ſimus, ſequentia ponimus.

Alterari debent I. omnes humores alimentarii, quando abundant, II. Et Humores excrementitii, (1) qui ſanguineæ maſſæ ita permixti ſunt, ut ſegregari non poſſint. (2) In ardentibus febribus maximo illo ſanguinis æſtu & motu vitioſæ particulæ tam exactè cum bono commiſcentur ſanguine, ut nullam ſegregationem concedant. Hinc abſurdum eſt in augmento, aut ſtatu harum febrium purgationem inſtituere. III. Quando excrementitij tantâ co-

piâ

piâ adſunt, ut absque præſentiſſimo vitæ periculo educi non poſſint.

Alterationem reſpuunt illi humores excrementitii, qui ſegregati ſunt à maſſâ ſanguineâ. *Quantitas* alterationis exceſſui qualitatum alterandarum reſpondere debet, ita ut contraria hæc ſemper mutuo ſe reſpiciant vultu, & pro intenſione caloris ſeu frigoris etiam intendatur alterans, refrigerans aut calefaciens.

Sed quæritur: *An alterans medicamentum unâ vice æquè validum eſſe debeat, ac illa qualitas, quam mutare debet in corpore? Reſpond.* Si ad locum affectum pertingere poteſt, & quidem absque noxa aut læſione adjectarum partium, tunc omninò id licitum eſt. Ita Eryſipelas incipiens, quod unicam tantum partem occupat, valido refrigerante ſtatim expellere poſſumus, & ventriculo ardorem ſimiliter: aſt ſi non commodè, ſed confractis viribus ad partem affectam perduxit, & quidem cum læſione vicinarum partium, alterare convenit per repetitas vices.

Alte-

Alterationis Quantitas infima est & minima, si semel aut bis in die alterantia præbeamus; *Mediocris*, si singulis tribus horis; *Summa*, quando & Medicamenta & Alimenta cum cæteris non naturalibus rebus scopo alterandi accommodata sunt.

In *Loco* sunt Alterantia vel Interna, vel Externa. *Interna* eâ quantitate exhibeantur, ut vires suas usque ad locum affectam perducere possint.

Quæ partes ab ore maximè distant, utpote est Uterus, lien, hepar, renes, vesica, illis facilius externis, quam internis alterantibus succurritur, multas enim imminutiones & attritiones patitur medicamentum internum priusquam eò venit, quò debet.

Totam massam sanguineam, qualitate peccantem alterantibus externis etiam immutare possumus. Hoc testantur Epithemata & manuum lotiones.

In principio & augmento morbi alteramus, rarissimè in statu & quidem jejuno ventriculo; aliâs omni tempore convenit.

Al-

Alterationes pedetentim instituantur, ita ut non incipiamus â gradu summo, h.e. tertio, in quarto nonnunquam alteramus; sed incipiamus â primo & progrediamur ab hoc ad secundum, ab hoc ad tertium; si priores duo non profecerint, aliâs Naturâ summo gradui facilè assuesceret, & postmodum levioribus non juvaretur.

Magni momenti est in Praxi per gradus incedere. Vehementius & confidentius calefacere, quam refrigerare possumus, frigus enim majus contrariatur calido nostro, quam calor.

Medicamenta alterantia addere non opus est, nam copiâ eorum laboramus, quæ optima sunt, & quæ inter alia pulchrè, descripsit Fernelius.

Omnibus alterantibus omnia alterare non possumus: nam alteratio fit conjunctione & perfectione, hinc si debent alterare medicamenta, necesse est, ut alterandis humoribus permisceantur, si permisceri postulant; debent humoribus esse similia, non ratione qualitatum,

tatum, sic enim contraria esse debent, sed respectu constitutionis: Ergò quæ oleosa sunt in nostro corpore, illa alterentur oleosis, quæ aquosa aquosis, quæ salsuginosa, salsuginosis, nec est, quod calida calidis addamus, si salsuginosis salsuginosa addenda dicimus, dantur enim salsuginosa, quæ frigida sunt, uti est Nitrum & Borrax.

De Humoribus 4. Motu Inerrantibus.

Restant Humores, qui *Motu peccant ex Loco.*

Vitium illud, quod in motu committunt Scriptores quidem plerique parvipendunt, adeò ut vel raro, vel non illius mentionem faciant, aut curam habeant. Verùm perperam: A motu enim humorum maximè proveniunt symptomata, & quamdiu materia peccans in venis, & arteriis quieta manet, tamdiu nullum sentitur incommodum, imò nec Cor ab eodem afficitur, nisi prorsus maligna & venenata sit; Sic si bilis in vesi-

vesicula fellis quieta manet, tunc neque cholera, neq; dysenteria excitatur: ast si in stomachum, aut intestina egressa, sequuntur subitò prædicti duo affectus.

Motu autem humores peccare possunt. I. Quod nimis sint copiosi, II. & tenues, III. quia Cor nimium pellit, & IV viæ sint apertæ.

I. *Humores nimis copiosi* motum faciunt, quia arteriis repletis unâ pars sanguinis contenti compresa pellit alteram usque ad extremitatem. Hæc copia non potest inediâ imminui, sed opus est Venæsectione.

REVULSIO.

De Venæsectione & Revulsione Authores optimè agunt, suntque illæ instituendæ, si materiæ fluxus est, & pulsus magnus & plenus percipitur.

Quâ Quantitate sanguis sit emittendus, an nempe simul & semel, an verò repetitis vicibus, dispiciendum est: Et licet Authores posterius commendent, attamen docet experientia distinctio-

nem quandam hîc adhibendam esse, nempe ut simul & semel tollatur, quando materia jam in partem influxa est, & in illa existit; Pedetentim verò cum adhuc influit. Exemplum præbent Angina, Mania, Pleuritis, Cephalalgiâ laborans.

Quo loco Venæsectio Revulsionis ergò sit instituenda, an in propinquo, an in distante, disceptant Authores. Nostra sententia hæc est, quandocunq; pars affecta supra Regionem Cordis, secare convenit venam superiorem; sin verò locus affectus infra Cor sit, aperiatur vena inferior.

Cephalalgia ex Menstruis retentis exorta, levatur apertione venæ in brachio, postea etiam in pede. Exemplum à Pleuritide & Phrenitide.

Menstruus fluxus facilius sistitur incisione venarum pedis, quàm brachii.

Doctrina Revulsionis Circulationem sanguinis maximè demonstrat. Sectio venæ ejusdem lateris cum parte affecta, melior est, quam oppositi: Sed differentia non magna est. Hinc injuriam fece-

runt

runt illi Medici Curtio Matthæo, qui cùm aliâs Venæsectionem ejusdem lateris commendasse scirent, jamque morbo correptum, qui revulsionem postulabat, interrogarent, quo latere sectionem instituere vellet, responsum cœperunt, sibi utrumque latus idem esse; cum ergò venam in opposito latere secari curassent, indeq; levamen acciperet, arbitrati sunt, priorem ejus de eodem latere sententiam nõ veram fuisse.

Revulsionem omni tempore, quandocunque humorum fluxus est, instituere licet, & quantumvis communiter in ipso paroxysmo adhibetur, attamen etiam post eum utilis est, ut reliquiæ morbidæ prorsus tollantur, ne novus fieri possit. Sive magnum, sive parvum infligatur foramen, idem est, exceptâ solâ medianâ, quæ parvum requirit.

II. Humores nimis tenues duorum sunt generum: (1) Calidi & ebullientes, (2) Aquosi. Humor calidus & ebulliens tenuis cognoscitur ex pulsu magno simulq; celeri,

Emendatur verò hoc vitium vel extinctione caloris, refrigerantibus; vel humoris imminutione per venam sectam: illa non tam copiosa sit, ac ea, quæ in humoribus quantitate peccantibus usurpatur. Refrigeratio magna & subitanea necesse est: hinc optimè Galenus præcipit, aquæ gelidæ tantùm bibendum esse, quantùm natura assumere velit: Illi qui correctionis gratiâ vel saccharum vel syrupos aquæ comiscent, non benè faciunt, imminuunt enim hanc celerem & subitaneam alterationem.

Medela hæc omni tempore licita est, potestque externis & internis perfici, prærogativam tamen obtinent interna.

Humores tenues aquosi etiam Venæsectione emendantur; Hinc Gallos adeò pronos in sanguinis missione videmus. Verùm cum vires ob eductum sanguinem nimis debilitentur, magis appositum remedium est purgatio, sit autem illa vehemens; maxima tamen hujus vitii cura in incrassatione consi-

stit:

fit: Hanc natura quidem sæpè & facilè facit, Medico verò difficilis hæc res prorsus est. Medicamentorum enim incrassantium vis per venas lacteas ad partem affectam transire non potest. Nitendum tamen est, & faciendum aliquid, quo naturam optimam ducem imitemur: Hinc Bolum Armeniæ & Cinnamomum eligimus, & incrassationem non subitò, sed pedetentim moliamur per medicamenta interna admixtis calidis, sic enim facilius operantur, & hinc Cinnamomum suam hîc laudem meretur.

III. *Cordis nimia pulsio:* Moventur quidem nonnunquam humores absque Cordis motu, dum nempe fermentum quoddam in illis latet, quod suo motu illos exagitat. Illa non rarò in cadaveribus, ubi cum cæteris partibus omnis motus Cordi ademptus est, sanguinem sponte suâ moveri videmus Verùm hîc loquimur de illo motu, quem Cordis pulsus causat. Ita in iracundia & palpitatione Cordis nunc capitis dolores,

nunc hæmorrhagiam narium, aut uteri excitari videmus, non aliam ob causam, quam quod cor constrictum vehementius pulset, & hoc suo pulsu copiosiorem & magis fervidum sanguinem ad illos partes demandet, quam naturaliter fieri debebat.

Hunc Cordis motum sistunt Narcotica. Videmus enim semper post exhibita narcotica pulsum minorem fieri. Quando illa non operantur, conclamatum est de ægroto. Eorum Quantitas sit mediocris. Qui hydropico ℥ß. Theriacæ exhibet, ille & ægro & sibi maximum vitæ & famæ accersit periculum.

IV. *Viæ sunt apertæ:* Per vias, arterias & poros intellige. Hujus vitii medela difficilima est, præsertim si in arteriis res hæret. (1) Itaq; impediamus Venæsectione, ne sanguis in arteriam fluat. (2) Occludamus arteriam, in qua totius negotii difficultatis cardo est. Locum enim in quo arteria est vel tangere possumus, vel non possumus: in priori casu arteriam digito premimus & claudimus;

mus; Ita in hæmorrhagia narium pressa arteria jugulari carotide fluxui medemur: in posteriori verò si ligaturam facere possumus, ad illam recurrendum si non possumus, utimur refrigerantibus in vasis, adstringentibus in carne.

Utero per suffumigia succurrimus.

Cucurbitulæ, frictiones, scarificationes, dropax, sinapismus in magno humorum motu nihil faciunt, parùm tantummodo in parvo, & non nisi duo ultima.

Humorum motus non tam in Excessu, sed & in defectu peccare potest, imò hoc vitium majoris momenti esse videtur illo; & licet affectus indè venientes non tàm multi sint, pertinaciâ tamen & diuturnitate sat difficiles existunt.

Motum parvum ex parvo & languido noscimus pulsu. Provenit autem, I. quod humores nimis pauci sint. II. Nimis crassi. III. Cor & partes parùm movent. IV. Viæ nimis sint angustæ.

I. *Menstruorum defectus* ob humorum paucitatem corrigitur non emmenagogis, sed bonâ diæta.

II. *Crassi humores* fluere non possunt, & sunt vel viscosi, vel lenti, vel densi. Lentor humorum noscitur ex urina, cùm matulæ aliquid album pertinaciter adhæret. Corrigitur crassities humorum acidis & calidis. Hinc omnis cura in multis febribus frustra fit & instituitur, nisi medicamentis calida admisceantur; imò fieri potest, ut Medicus aliquis in tertiana longa febricitanti suo nil nisi longa Apozemata refrigerantia præscribens voti sui compos fieri non possit. Vetula accedens jubeat pro refocillatione virium haustulum vini assumere, & æger restituetur. Melancholicis, qni ex solo pingui & oleaginoso tactu nosci possunt, etiam calefacientia sunt propinanda.

III. *Cor & partes parùm movent.* Sic Melancholici, in quibus intestinorum vis excretrix nimis segnis est, vel ab ipsâ Colocynthide interdum non purgantur. Ita lypothimia correptis ex vena secta sanguis non profluit. Ita menstruatæ, quæ terrore corripitur, fluxus

sisti-

ſiſtitur, qui adhibitâ Theriacâ cum pauxillo croci iterum redit. Sic cerebro non pellente, mucus per nares non ſuccedit, da confortans, da irritans, ſequetur evacuatio.

IV. *Viæ ſunt anguſtæ.* Hæc viarum anguſtia in iis potiſſimum apparet, qui contabeſcunt, videas enim in illis cætero corporis habitu benè conſtituto crura adeò extenuari, ut rugoſa cutis nil niſi oſſa tegat. Provenit vel â vaſis occluſis, vel â carne ipſa denſa: Si ex vena eſt, pulſum minorem deprehendes, hoc docent fonticuli, qui ſemper pulſum in illo brachio minorum faciunt, in quo confecti ſunt. Modum jam invenimus, quo absque ligatura ſolo emplaſtro impoſito Fontanellæ ſervari posſint.

In obſtructionibus fundendis interna medicamenta parùm faciunt, vix enim vigeſima illarum virium pars ad partem affectam pertingit. Præferenda itaq; ſunt externa, & inter illa Sal, quod vehementiſſimè fundit. Huc quadrat etiam 🜍. cum ⊖.

Uterinas obstructiones purgantia medicamenta in pessariis exhibita optimè fundunt.

De Humoribus s. Loco Vagantibus.

Humores Substantiâ, Quantitate, Qualitate & Motu peccantes perspeximus; Superest ut illos pensitemus, qui in *Loco* aberrant. Faciunt verò illud omnes, qui extravasati sunt, cum deberent in vasis esse, & qui in vasis sunt, cùm natura extra illa eos habere voluerit. Priores illi duplices sunt; hærent enim vel in cavitatibus, vel in ipsa carne, sic hydrops, sic Asthma, sic soporosus affectus causam suam foventem & continentem extravasatam in cavitatibus habent in abdomine, in pectore, in capite. Erysipelatis verò & cujus vis inflammationis humor in ipsa carne est.

Qui Cavitates occupant, illi nec Venæsectione, nec Sudoriferis, nec Diureticis ad unguem cedunt, & licet Optimi & Experientissimi quidam Practici ea

non

non rarò in hisce affectibus præscribere soleant, hoc tamen magis pro forma tantùm, quam ullo scopo medicæ indicationis faciunt. Norunt enim nimis frequentatâ medicamēti alicujus, quantumvis optimi, exhibitione ægrotis nauseam generare, & si ex momento sanitas non succedat, contemptum & contumeliam indè sibi fieri, hinc fingunt se aliquid agere, dum nihil agunt, & vel sudorem, vel urinam movent, ut ita alternis medicamentis æger utatur.

Purgantibus hi humores optimè educuntur; Verùm major eorum quantitas hîc requiritur, ac aliâs in usu est, cum humores tantùm ex prima & secunda regione, vasis nempe, expurgamus.

Aquam hydropicorum præterea etiam παρακέντησει seu punctione educere possunt: meo autem judicio id inutiliter fit, nam quousque quodlibet viscus suo tono & robore constat, eousque etiam pharmacis auscultabit, & hinc donec vires ducant, purgare poteris. Ast si

illa labascant, & tu ad φαρμακείαν illam confugis, certè nihil aliud quam aperto Marte vires jam antea debilitatas prorsus destruas & infringas.

Diximus purgantibus insistendum esse, quousque vires consistunt. Hinc si Jalappæ ʒß. nihil fecerit, exhibe ℈ij. porrò ʒj. si nec dum ʒjß. ʒij. imò si & hæc quantitas non sufficiens fuerit, usque ad ℥ß. ascendere potes. Si tamen φαρμακεύθεις illa in usum adduceda, convenit ea magis in eo tempore morbi, ubi vires non prorsus exhaustæ sunt.

Hoc Medicamentum cum ægrotis crudele sit, & non adeò proficuum, succedaneum aliud habet, nempe Vesicatoriorum applicationem. Ponuntur autem illa & excitantur in femore mediante illo Paræi in Peste Vesicatorio, vel alio. Et certè si illa vesica, quæ ad digiti unius longitudin[illegible]
insurgit, [illegible]
lev[illegible]

ad minimum 3. vel 4. ℔. imò vj. imò x. exindè educi.

Qui in pectore humor hæret, tussiendo educitur. *Medicus autem nequaquam tussim excitet*, sed eam tantum promoveat, h. e. præparet materiam, ut tussiendo possit educi.

Peccant autem hi *humores in pectore*, contenti iterum vel nimiâ crassitie, vel excedente tenuitate, vel paucitate. Qui nimis pauci sunt, interdum saltem diaphragmati innati, ita ut ægrotantes per duos, tresve annos levi tantùm tussicula vexētur. Et cum materia hæc ob diurnā moram aut in pus abeat, aut partes corrodat, hinc accidit, ut ex sputis suis terrefacti, se phthisicos arbitrent[illegible] Verùm an materia hæc supra di[illegible] hæreat, id ex supino decubi[illegible] tur. & vom[illegible] to toll[illegible] n Ex[illegible] teri[illegible]

res attenuandi. In incrassantibus exiccantia multùm faciunt: Hinc Conserva fl. Rosar. Hinc ♀ & ejus flores maximè commendantur; â ♀re spuma quasi globosa redduntur, non aliter ac humidam aliquam massam â calore in rotunditatem converti videas. Si materia hærens jam suppurata est, tunc dorsum ad 4. vel 5. ejus costam incidimus.

Materia in capite hærẽs sternutatoriis evacuari debet, sed non nisi sit copiosa. Infima sternutatoriorum quantitas est, si bis vel 3. operetur, mediocris 6. aut 7. Summa 18. 20.

Si *Humor frigidus in capite* est, calefieri debet inunctione, non verò fomentis, utpote quæ statim iterum refrigerantur, & prius refrigerent, quam calefaciant, repetitas verò applicationes hæc pars non patitur.

Per aures etiam calefacientia applicamus.

Hæ alterationes non fiant pleno ventriculo.

Præ-

Præstat pulvis quam liquor. Mediocris ordinis sunt optimæ. Pulvis Majoranæ ℈j leve est, succus betæ rubræ vel flavæ manu naribus attractus. ℅ Camphor. gutt. iij. Fortiora Hellebor. alb. ℈j. penna applicatur. ☿ Sublimat. gr. j. cum ℈j. Majoranæ vehementissima.

Humores in Carne hærentes, vel jam prorsus extra vasa, vel partim adhuc in vasis, partim jam extra illa. Hos posteriores Venæsectione corrigimus, quam vulgus Derivationem nominat, & in loco cum parte affecta vicino instituendum putat: Verùm vix est, ut exindè majorem utilitatem, quam ex Revulsione speremus, aut consequamur. Si enim duas illas venas frontis & ranarias, quæ pro derivatione aperiri solent, benè perpendamus, videbimus ambas potius revulsioni, quam derivationi inservire.

Sunt itaque Derivationes in genere Revulsiones, exceptis pedum ac manuum venis, in quibus vera haberi potest derivatio. Quod si ergò pro derivationis scopo sanguinem mittimus, non tam

tam largâ manu ac in revulſione id facimns. Sanguinem autem tam diu fluidum eſſe & emittendum, donec in colore ſuo mutetur, doctæ Doctorum ſunt nugæ.

Humores in carne hærentes, qui planè extravaſati ſunt, ob craſſitiem ſuam fluere non poſſunt. Fluxiles ergò reddat Medicus medicamentis calidis: Sic Eryſipelas, ſic quævis inflammatio in initio 🜄 applicatione facilimè tollitur. Imò ſi anginâ laborans in principio affectus 🜄 ſe gargarizet, & omnis gutturis inflammatio ceſſabit trium horarum ſpatio.

Quod ſi humores hi in craſſitie ſuâ tam pertinaces ſint, ut fluxiles fieri nolint, tunc locum habebunt repellentia, quæ potiſſimum adſtringendo & refrigerando operantur. Poſt repulſionem vel diſſipari debent, vel educi.

Si in Suppuratione partem aperire cupido eſt, fiat apertio in eo loco, ubi propter pus digito cedens cavitas quædam ſentitur.

Emol-

Emollentia, concoquentia & diſſipantia ſunt ejuſdem materiæ, undè accidit, ut aliquis emolliendi gratiâ topicum applicet, quod tamen diſſipat.

De Spiritibus.

Ab Humoribus devenimus ad *Spiritus*, utpote quæ præcipua actionum inſtrumenta ſunt, & ſine quibus partes nihil agere poſſunt.

Spiritus agunt principe agente animâ, Humores potius patiuntur, quam quod aliquid agant.

Authores exceptâ parte Phyſiologicâ, ubi de Spiritu naturali, Vitali & Animali agunt, de Spiritibus in Methodo medendi altum ſilentium ſilent. Id quod ideò factum eſt, quia illi tantummodò tractant, quæ in ſenſos externos incurrunt, quâ ſervitute ſpiritus exempti ſunt, & quia ex levi illorum naturæ eos facilè ſponte ſuâ diſſipari crediderunt. Sed crediderunt hoc ſaltem, nec adeò facilè tollitur ſpirituum hoc vitium, tot enim modis peccant ſpiritus, quam humores.

Spi-

Spiritus I. *Deficiunt*. Hoc videmus in debilitate stomachi, imò cujusq; visceris aut membri, in quibus omnibus ob defectum spirituum actio debita non fieri potest.

Spiritus II. *non moventur*. Hoc testantur illi, qui incedere non possunt, quantumvis satis aliâs robusti sint, nisi tribus vel quatuor fulciantur pedibus. Spiritus enim ad partes hasce inferiores fluere non possunt, & hinc scipionibus illis titubantes eorum gradus stabiliri necessum est.

Spiritus III. *nimis sunt calidi*, hoc ex Cholericis apparet.

IV. *Sunt nimis frigidi*, quod torpidi demonstrant.

V. *Peccant Spiritus quoad locum*. Si extra locum naturalem sunt, non exequuntur quod debent, & sunt vel in partibus, vel in Cavitatibus: in his non adeò necessarii videntur, id quod expunctione hydropicorum clarescit. Sunt vel in sanguine, vel in habitu corporis, vel in parte aliqua peculiari: Convulsio, quæ

pro-

provenit ob membrum aliquod luxatum, eam agnoſcit cauſam, quod ſpiritus ob nervum conſtrictum interclusi ſint, & ad cerebrum redire non poſſint. Si in partibus exiſtunt, occupant vel ipſa vaſa, vel extra eos conſiſtunt. Videmus enim quosdam interius calere, exterius frigeſcere, & contra.

VI. *An ſpiritus etiam ſubſtantiâ peccent, difficile dictu & explicatu eſt; Credibile tamen.* Nam cum ea peccare videamus ſubſtantiâ, quæ ſimilitudinem cum ſpiritibus corporis noſtri obtinet, quidni & illos ipſos ejusmodi aliquo vitio affici poſſe, ſtatueremus. Sic ſpiritus ille, qui ex fæcibus vini per veſicam deſtillatur, ob multitudinem admixti phlegmatis, aquoſus eſt, & ſubſtantia peccat, & ille ſpiritus, qui ex tritico aut fecibus cujusvis cereviſiæ elicitur, nimiâ craſſitie delinquit, quia multum ſalis illi commixtum eſt.

Spiritus vitales fiunt flaccidi ob aquoſitatem, craſſi & inepti admodum ob ſalem.

Licet

Uterinas obstructiones purgantia medicamenta in pessariis exhibita optimè fundunt.

De Humoribus s. Loco Vagantibus.

Humores Substantiâ, Quantitate, Qualitate & Motu peccantes perspeximus; Superest ut illos pensitemus, qui in *Loco* aberrant. Faciunt verò illud omnes, qui extravasati sunt, cum deberent in vasis esse, & qui in vasis sunt, cùm natura extra illa eos habere voluerit. Priores illi duplices sunt; hærent enim vel in cavitatibus, vel in ipsa carne, sic hydrops, sic Asthma, sic soporosus affectus causam suam foventem & continentem extravasatam in cavitatibus habent in abdomine, in pectore, in capite. Erysipelatis verò & cujusvis inflammationis humor in ipsa carne est.

Qui Cavitates occupant, illi nec Venæsectione, nec Sudoriferis, nec Diureticis ad unguem cedunt, & licet Optimi & Experientissimi quidam Practici ea non

non rarò in hisce affectibus præscribere soleant, hoc tamen magis pro forma tantùm, quam ullo scopo medicæ indicationis faciunt. Norunt enim nimis frequentatâ medicamēti alicujus, quantumvis optimi, exhibitione ægrotis nauseam generare, & si ex momento sanitas non succedat, contemptum & contumeliam indè sibi fieri, hinc fingunt se aliquid agere, dum nihil agunt, & vel sudorem, vel urinam movent, ut ita alternis medicamentis æger utatur.

Purgantibus hi humores optimè educuntur; Verùm major eorum quantitas hîc requiritur, ac aliâs in usu est, cum humores tantùm ex prima & secunda regione, vasis nempe, expurgamus.

Aquam hydropicorum præterea etiam παρακεντήσει seu punctione educere possunt: meo autem judicio id inutiliter fit, nam quousque quodlibet viscus suo tono & robore constat, eousque etiam pharmacis auscultabit, & hinc donec vires ducant, purgare poteris. Ast si

illa labascant, & tu ad παρακέντησιν illam confugis, certè nihil aliud quam aperto Marte vires jam antea debilitatas prorsus destruas & infringas.

Diximus purgantibus insistendum esse, quousque vires consistunt. Hinc si Jalappæ ʒß. nihil fecerit, exhibe ℈ij. porrò ʒj. si nec dum ʒjß. ʒij. imò si & hæc quantitas non sufficiens fuerit, usque ad ℥ß. ascendere potes. Si tamen παρακέντησις illa in usum adducẽda, convenit ea magis in eo tempore morbi, ubi vires non prorsus exhaustæ sunt.

Hoc Medicamentum cum ægrotis crudele sit, & non adeò proficuum, succedaneum aliud habet, nempe Vesicatoriorum applicationem. Ponuntur autem illa & excitantur in femore mediante illo Paræi in Peste Vesicatorio, vel alio. Et certè si illa vesica, quæ ad digiti unius longitudinem & 4. latitudinem insurgit, aperta servari possit, multum levaminis miseriis hinc hydropicorum foret; Verùm intra 3. vel 4. dies sponte sua iterum concrescit, possunt tamen

ad

ad minimum 3. vel 4. ℔. imò vj. imò x. exindè educi.

Qui in pectore humor hæret, tussiendo educitur. *Medicus autem nequaquam tussim excitet*, sed eam tantum promoveat, h. e. præparet materiam, ut tussiendo possit educi.

Peccant autem hi *humores in pectore*, contenti iterum vel nimiâ crassitie, vel excedente tenuitate, vel paucitate. Qui nimis pauci sunt, interdum saltem diaphragmati innati, ita ut ægrotantes per duos, tresve annos levi tantùm tussicula vexétur. Et cum materia hæc ob diurnã moram aut in pus abeat, aut partes corrodat, hinc accidit, ut ex sputis suis terrefacti, se phthisicos arbitrentur. Verùm an materia hæc supra diaphragma hæreat, id ex supino decubitu cognoscitur, & vomitu excitato tollitur. Prosunt hîc tam Interna, quàm Externa: Butyrum cum Cumino exterius applicatum tam fortiter operatur, ut æger saporem indè in ore sentiat.

Tenues sunt incrassandi, crassi humores

res attenuandi. In incrassantibus exiccantia multùm faciunt: Hinc Conserva fl. Rosar. Hinc ♀ & ejus flores maximè commendantur; â ♀re sputa quasi globosa redduntur, non aliter ac humidam aliquam massam â calore in rotunditatem converti videas. Si materia hærens jam suppurata est, tunc dorsum ad 4. vel 5. ejus costam incidimus.

Materia in capite hærẽs sternutatoriis evacuari debet, sed non nisi sit copiosa. Infima sternutatoriorum quantitas est, si bis vel 3. operetur, mediocris 6. aut 7. Summa 18. 20.

Si *Humor frigidus in capite* est, calefieri debet inunctione, non verò fomentis, utpote quæ statim iterum refrigerantur, & prius refrigerent, quam calefaciant, repetitas verò applicationes hæc pars non patitur.

Per aures etiam calefacientia applicamus.

Hæ alterationes non fiant pleno ventriculo.

Præ-

Præstat pulvis quam liquor. Mediocris ordinis sunt optimæ. Pulvis Majoranæ ℈j leve est, succus betæ rubræ vel flavæ manu naribus attractus. ℅ Camphor. gutt. iij. Fortiora Hellebor. alb. ℈j. penna applicatur. ☿ Sublimat. gr. j. cum ℈j. Majoranæ vehementissima.

Humores in Carne hærentes, vel jam prorsus extra vasa, vel partim adhuc in vasis, partim jam extra illa. Hos posteriores Venæsectione corrigimus, quam vulgus Derivationem nominat, & in loco cum parte affecta vicino instituendum putat: Verùm vix est, ut exindè majorem utilitatem, quam ex Revulsione speremus, aut consequamur. Si enim duas illas venas frontis & ranarias, quæ pro derivatione aperiri solent, benè perpendamus, videbimus ambas potius revulsioni, quam derivationi inservire.

Sunt itaque Derivationes in genere Revulsiones, exceptis pedum ac manuum venis, in quibus vera haberi potest derivatio. Quod si ergò pro derivationis scopo sanguinem mittimus, non

tam

tam largâ manu ac in revulſione id facimus. Sanguinem autem tam diu fluidum eſſe & emittendum, donec in colore ſuo mutetur, doctæ Doctorum ſunt nugæ.

Humores in carne hærentes, qui planè extravaſati ſunt, ob craſſitiem ſuam fluere non poſſunt. Fluxiles ergò reddat Medicus medicamentis calidis: Sic Eryſipelas, ſic quævis inflammatio in initio 🜄 applicatione facilimè tollitur. Imò ſi anginâ laborans in principio affectus 🜄 ſe gargarizet, & omnis gutturis inflammatio ceſſabit trium horarum ſpatio.

Quod ſi humores hi in craſſitie ſuâ tam pertinaces ſint, ut fluxiles fieri nolint, tunc locum habebunt repellentia, quæ potiſſimum adſtringendo & refrigerando operantur. Poſt repulſionem vel diſſipari debent, vel educi.

Si in Suppuratione partem aperire cupido eſt, fiat apertio in eo loco, ubi propter pus digito cedens cavitas quædam ſentitur.

Emol-

Emollentia, concoquentia & dissipantia sunt ejusdem materiæ, undè accidit, ut aliquis emolliendi gratiâ topicum applicet, quod tamen dissipat.

De Spiritibus.

Ab Humoribus devenimus ad *Spiritus*, utpote quæ præcipua actionum instrumenta sunt, & sine quibus partes nihil agere possunt.

Spiritus agunt principe agente animâ, Humores potius patiuntur, quam quod aliquid agant.

Authores exceptâ parte Physiologicâ, ubi de Spiritu naturali, Vitali & Animali agunt, de Spiritibus in Methodo medendi altum silentium silent. Id quod ideò factum est, quia illi tantummodò tractant, quæ in sensos externos incurrunt, quâ servitute spiritus exempti sunt, & quia ex levi illorum natura eos facilè sponte suâ dissipari crediderunt. Sed crediderunt hoc saltem, nec adeò facilè tollitur spirituum hoc vitium, tot enim modis peccant spiritus, quam humores.

Spi-

Spiritus I. *Deficiunt.* Hoc videmus in debilitate ſtomachi, imò cujusq; viſceris aut membri, in quibus omnibus ob defectum ſpirituum actio debita non fieri poteſt.

Spiritus II. *non moventur.* Hoc teſtantur illi, qui incedere non poſſunt, quantumvis ſatis aliâs robuſti ſint, niſi tribus vel quatuor fulciantur pedibus. Spiritus enim ad partes haſce inferiores fluere non poſſunt, & hinc ſcipionibus illis titubantes eorum gradus ſtabiliri neceſſum eſt.

Spiritus III. *nimis ſunt calidi,* hoc ex Cholericis apparet.

IV. *Sunt nimis frigidi,* quod torpidi demonſtrant.

V. *Peccant Spiritus quoad locum.* Si extra locum naturalem ſunt, non exequuntur quod debent, & ſunt vel in partibus, vel in Cavitatibus; in his non adeò neceſſarii videntur, id quod expunctione hydropicorum clareſcit. Sunt vel in ſanguine, vel in habitu corporis, vel in parte aliqua peculiari: Convulſio, quæ

pro-

provenit ob membrum aliquod luxatum, eam agnoscit causam, quod spiritus ob nervum constrictum interclusi sint, & ad cerebrum redire non possint. Si in partibus existunt, occupant vel ipsa vasa, vel extra eos consistunt. Videmus enim quosdam interius calere, exterius frigescere, & contra.

VI. *An spiritus etiam substantiâ peccent, difficile dictu & explicatu est; Credibile tamen.* Nam cum ea peccare videamus substantiâ, quæ similitudinem cum spiritibus corporis nostri obtinet, quidni & illos ipsos ejusmodi aliquo vitio affici posse, statueremus. Sic spiritus ille, qui ex fæcibus vini per vesicam destillatur, ob multitudinem admixti phlegmatis, aquosus est, & substantia peccat, & ille spiritus, qui ex tritico aut fecibus cujusvis cerevisiæ elicitur, nimiâ crassitie delinquit, quia multum salis illi commixtum est.

Spiritus vitales fiunt flaccidi ob aquositatem, crassi & inepti admodum ob salem.

Licet ſpiritus proximè accedant ad ſimplicium naturam, attamen in rei veritate planè ſimplices non ſunt. Spiritus vitalis nunc nimis aquoſus eſt, nunc nimis craſſus. Habent quidem calorem cum ſiccitate conjunctum, nullum rigorem, neque ullum aliud vitium vel humorum vel partium; modò â craſſitie ſpirituum.

Spiritus vitales majorem calorem inducunt partibus, quam animales.

Spiritus animalis præter aquoſitatem etiam ♀reus eſſe poteſt. Teſtantur hoc illi, qui, licet varias & vagas cogitationes habeant, motu tamen deſtituuntur. Ad calorem enim excitandum ♀ ſatis ſufficiens eſt, ſed ad motum nihil poteſt.

Spiritus putredine in febribus peſtilentialibus & ipſa peſte corrumpi poſſe, vulgò dicitur: Ego, num verum ſit, ignoro; Credibile tamen eſt, eos corrumpi poſſe, quia non prorſus ſimplices, ſed aliquo modo ſunt compoſiti.

Putredo eſt diſſolutio, concoctio, unitio.

Spi-

Spiritus præter imminutam Quantitatem, etiam aucti peccare possunt. Etenim cum inter omne agens & patiens certa & debita requiratur proportio, etiam hîc inter spiritus agentes & partem patientem eam dari necessum est; aliâs non secus ac mola nimio vento frangitur: ita etiam partes â nimio spirituum influxu corrumpentur. Exemplum præbet Gonorrhæa, non virulenta illa, sed quæ à semine nimis spirituoso provenit. Novi hîc juvenem 30. annor. qui ejusmodi Gonorrhœâ correptus â spiritum copia adeò exagitabatur, ut quietis pedibus inniti non posset, sed semper nunc sublatâ, nunc demissâ calce trepidaret.

Humiditatem & Siccitatem præter cætera duo primarum qualitatum vitia jam dicta, in spiritibus videre non possumus, benè tamen densitatem & tenuitatem.

Motus spirituum vel nimius est, hoc in concitatis & inquietis videre est; vel deficiens, hoc languidi omnium suarum actionum segnitie testantur.

Quia

Quia horum vitiorum quoad indicantium cognitionem & inventionem difficilis est, quod indicata spectat, prorsus operosa.

Vitium spirituum in substantia commissum, qualitate tantùm nobis molestum est: nam si quantitate hoc faceret, tùm non amplius spiritus, sed humorum veniret nomine, & purgationē expeteret. Hi autem spiritus suâ sponte & sensibili transpiratione absumūtur, nec opus est ullis discutientibus.

Spiritus in quantitate deficientes generari debent & colligi. Facimus hoc, dum (1) Materiam præparamus, undè spiritus generantur. (2) Cùm partes corroboramus, quæ spiritus recipere debent. (3) Si impedimus, ne iterum dissipentur. Caveat itaque æger sibi ab omni dolore & motu, tam animi, quam corporis. Ast non ex qualibet materia, quilibet generantur spiritus. Hinc, si quis in Apoplexia, Vertigine, Epilesia, cæterisque affectibus capitis △ Vitæ Matthioli propinet, nequaquam verò

Cere-

Cerebrum quod △ lavandum requirit.: Materiam itaque ſpiritibus vitalibus præbent vinum, aromata, & omnia quæ ex his duobus conficiuntur. Inter vinorum genera varia Rhenanum hîc primas tenet, utpote cujus ſpiritus deſtillati ℥iv. plus operantur & calefaciunt, quam ℥viij. illius, qui ex fecibus vini Francici confectus. Experimentum hoc ab illis diſcimus, qui in domuncula illa chartacea ſudant, quorum mentio facta eſt ſuperius: Inter aromata Cinnamomum præſtat, & præcipuè illius oleum, Macis, Caryophylli parùm faciunt. Materiam ſpiritibus animalibus ſubminiſtrant præ omnibus Flor. Roſmarin. Lavandul. Tiliæ, reliqua, quæ hîc ab Authoribus commendantur, parùm faciunt. Inter Externa odorata conducunt imprimis Moſchus, cujus gran. j. plus facit, quam ℈ß. Ambræ opt. Hæc tamen etiam ſuam laudem & locum meretur, ſi interius aſſumatur.

Partes quomodo corroborentur, incertum eſt; Videmus tamen interim à

Cor-

Corticibus Aurantiorum peculiariter confortari Ventriculum ; â Myrobolan. conditis, Conserv. Anthos, Cerebrum ; â Nuce Moschata condita, Cor.

In Quantitate horum Medicamentorum nihil metuendum videtur, quò enim majori assumentur, eò fortius operantur: Excepto illo casu, ubi calor ingravescit. Huic calori temperando succus Citri & Aurantiorum convenit.

Tempus commodum inter cibos est; Sic enim ex aromatibus cibo permixtis chylus calidus & spirituosus generatur, qui nisi prius in ventriculo adsit, postea in hepate sanguis nunquam fiet spirituosus. In hisce omnibus pedetentim accedamus, & eodem passu recedamus.

Si verò Spiritus Quantitate excedunt, tùm verò postulatur Medicus, verùm maxima ægrotorum noxâ. Ex Gonorrhæa enim quæ, ut anteà diximus, â semine nimis spirituoso oritur, nisi citò illa curetur, fieri potest apertio vasorum, ex hoc stillicidium seminis per totam vitam. Medemur huic vitio, si (1)

Spi-

Spiritus imminuimus, fitque hoc Venæsectione mediocri. (2) Si pabulum subtrahimus materiæ spirituum, quod peragitur inediâ, victu & medicamentis frigidis. Serum lactis hîc præstat. Vinum instar venenum fugiendum. Præbeatur tam parcâ manu, quantum fieri potest. Cessante enim affectu & turgescentia illa, spiritus & vires sponte suâ satis deficient.

Si nimis sunt aquosi, roboramus crassis medicamentis, & spiritus paulò calidiores facimus. Si nimis ♀rei & calidi, debent mitigari & refrigerari oleosis & frigidis. Excellunt Sem. Papav. & 4. frigida major. quorum emulsion. ℥iv. plus faciunt, quam integra urna aquæ frigidæ. Amygdalæ & cætera tantum palati ergò adduntur, & nihil prosunt.

Nimis crassis vinum Rhenanum & Aromata conducunt, sic enim magis spirituosi & ♀rei redduntur.

Spiritus motu peccantes narcoticis sistimus, cùm enim ex eorum usu pulsus minor fiat, & somnus acceleretur, ma-

ximè huic scopo convenire videtur, faciunt tamen prius pulsum minorem, quam somnum; magnum periculum vitæ est, si post ea pulsus non imminuatur.

Motum nimis parvum vino & aromatis promovemus.

Si loco peccantes hæreant in interioribus, sudores sunt excitandi, non narcotica propinanda. Si in exteriori sunt parte, habitus corporis fiat constrictior, & utamur repellentibus: Contra hoc peccant illi phthisici, qui studiò ad sudorem se componunt. Si verò jam in aliqua certa patte hæret, impedimus, ne plus eò confluat, & dissipabimus Venæsectione leniter omne illud, quod jam confluxit. Constrictio in hoc casu periculosa est.

De Partibus Curandis.

Quomodo morborum causæ â sex rebus non naturalibus dependentes, simulque humores & spiritus sint emendandi, docuimus hactenus, & certè in illo

illo totius fermè curationis cardo vertitur. Est tamen etiam, quod *Partium Morbi* suam postulent curationem.

Illi, qui partibus tantùm morbos intemperiei & conformationis assignant, non possunt illos morbos includere, ubi partes motu peccant. Ventriculus & Intestina in Cholera, Uterus in suffocatione hysterica.

Competunt autem partibus ex more inter Scriptores recepto, tum Intemperies, tum mala Conformatio, quæ sententia adeò mala quidem non est, arbitramur tamen rem breviorem & dilucidiorem nos tradituros, si partibus nō secus ac humorib⁹ & spiritibus quinque vitiorum genera adscribamus; ita ut eas substantiâ, quantitate, qualitate, motu & loco peccantes statuamus.

1. *SUBSTANTIA peccantes.*

Peccant autem 1. *Substantiâ* in Gangræna, Cancro & Fungo. Musculus qui fungosus est, actionem perficere non potest. Fungus frequentissimè carnem

occupat, rarius tendinem, rarissimè os. In Gangræna pars prorsus moritur. In Cancro & Fungo tantummodo immutatur. Extra Gangrænam pars nunquam contrahit malignitatem, neque in peste ipsa. Nam quod contagium hîc recipiatur, hoc humores & spiritus faciunt.

Pars substantiâ peccans debet separari & ense, ut Ovidius canit, rescindenda est, ne pars sincera trahatur.

Q: An pars tota substantiâ peccans ad illum naturæ statum reduci possit, quem antea habuit? Respond. (1) de Fungo & Crancro: Fungus curari non potest, & licet ulcera pedum fungosa interdum cicatrice obducantur, & hoc modo curata ad septimanas, imò menses aliquot appareant, attamen infida hæc est apparitio, quousque enim vitiosa illa & fungosa carnis substantia in pede hæret, tamdiu semper recidivæ motus est & esse debet. Vitium substantiæ, quod in carne est, pariter curari ac immutari nequit. Nam licet ex cancro ulcerato non ulceratum facere possint, dum

dum cicatrix ei inducitur, hoc tamen non est sublatio totius cancri, sed tantummodo mutatio ulcerati in non ulceratum. Adde quod sæpè tumor aliquis & concretio humorum, quæ cancri initium est, suâ specie imponat Medicis, ita ut dum eam curaverint, de cancro curato glorientur. Verùm cancri veri unicum & certissimum signum est, tanta durities, quæ digitis prementibus non cedit. Labia livida & venæ varicosæ non adeò certam faciunt indicationem. Sic quoque cancer curari putatur, dum in steatoma tumor imminuitur, & suppuratio cessat, ast cùm Cancer hoc non fuerit, falsò indè jactitatur illius morbi curatio. Materia steatomatum est instar seminis piscium.

Gangræna melius ad naturalem statum reduci potest, quàm Fungus & Cancer. Sed non omnis Gangræna, verùm illa tantùm, quæ indè provenit, quod spiritus ad partem affectam venire non potuerunt. Quando ergò obstacula remota sunt, tunc ipsa etiam cessat

Gangræna. Illam quæ ab inflammatione aut omnigenâ corporis malignitate provenit hîc loci intellectam volumus.

I. Partem occupat rubedo, II. fit quasi lenta & coriacea, III. Nigrescit.

In quantitate separationis hoc observandum est, ut totum illud quod peccat, tollatur, aliâs haud fieri potest cicatrix, aut recidiva fit.

Locus idoneus est, ubicunque separatio fieri potest. Sic tollitur fungus in capite, & in tendine; Cancer ubicunque manum adhibere possumus, imò quod magis est, ipsa gangræna in osse tollenda est, exemptâ particulâ ossis corrupti. Natura iterum resarcitur, quod in osse ablatum est, id, quod ipse in maxilla factum scio.

In *Tempore* nihil est peculiare, nisi quod interdum præparationem præmittant, quod tamen non necessarium est, nam si modo partes robustæ sint, satis erit, adde quod â præparatione, quæ potissimum purgando fit, vires modo debilitentur.

Fun-

Fungus in carne exiſtens exedentibus curari debet, alumine nempe uſto. Quod abſcindendum eſt, non ſimul ac ſemel, ſed pedetentim amoveatur.

Cancer & medicamentis & ferro tollitur. Ferrum præſtat medicamentis. Nam medicamenta erodentia & acria faciunt dolorem, dolor parit affluxum copioſiorem. Convenit tamen interdum cura illa, quæ medicamentis peragitur, nempe ubi eroſio fieri debet in interſtitiis digitorum & inguine, in his enim partibus ob tendines & membranas ſectio nimis dolorifica eſſet.

Inter Medicamenta Cauſtica eſt Fernelii Holoſericum & Acetum; alii, & qui optimè faciunt, utuntur lixivio ſaponis cocto usque ad conſiſtentiam. Arſenicum, qui nonnullis placet, mihi diſplicet.

Videamus ne nimis excitemus dolorem propter affluxum, & caveamus quantum poſſibile, ne membranas & tendines lædamus.

In Vicinia non inflammatio adeſſe

debet, quam ut si caveamus circumcirca Emplastrum defensivum imponimus. Sic quidem medicamentis Cancer auferri potest, verùm melius secatur cultro & ferro. Hæc sectio aut subitanea fit, aut pedetentim. Sic vidi ego Cancrum ex mamma celeriter sectum, ut illo spatio operationis vix tria verba proferre potuissem. Verùm quando Cancer ad magnam molem pervenit, tum non utilis est hæc subitanea sectio, multum enim bonæ carnis adimitur, magnumq; fit foramen, ex quo spiritus eò liberius progredi possunt, viresque magis debilitantur. Solent in hoc casu pro refocillatione virium Cataplasmata vino madefacta applicare.

In minore & parvo Cancro, excepto eo, qui in labiis est, sectionem simul & semel facere audemus.

In Quantitate nihil observandum, nisi quod omne absumendum sit. Hinc Medicus partem affectam & adjacentes primò digitis probè contrectet, & exploret, an integrum, quod peccat, auferri possit. Can-

Cancer, qui ſemel exciſus eſt, non rarò iterum redit, idque ob triplices cauſas, I. Quia Cancer non totus exciſus eſt, ob timorem aut ægri, aut Chirurgi. II. Quia arteriæ, quæ ſanguinem hunc vitioſum emittunt, ob minores illas arterias in parte affecta diſſectas, plus quam antea ſanguinis continent, ideoq; apertæ ſanguinem illum in alium partem eructant, undè novus Cancer. III. Quia tanta in corpore latet malignitas, ut ſemper de novo cancer ſuccreſcat. Verùm hoc vitium potius ad humores pertinet.

Cancer ex carne facilè ſcinditur, difficulter (poteſt tamen fieri) in membrana & tendine, modo hæ duæ partes ita comparati ſint, ut integræ auferri poſſint. Hinc Cancer qui muſculos intercoſtales occupat, ob pleuram, omnibus coſtis appoſitam, ſecari nequit. Omnium difficilimè Cancer in oſſe ſecatur, hinc Cauterium hoc vitium poſtulat.

De Tempore nihil eſt, quod moveamus, niſi quod æger prius purgandus

 ſit,

ſit, ſi cacochymiâ teneatur, & â purgatione non ſtatim operationem aggrediamur, ſed expectemus, donec æger ſe recollegerit.

Quo minores ſunt Cancri, eò facilius tolluntur, juxta Horat. Principiis obſta, &c.

Omnis inflammatio, omnisque tumor, qui fortè adeſt, prius tollatur.

Cancri ſectio non fiat in diſtantia magna, quemadmodum in Gangræna moris eſt, imò ſi fieri poteſt, nihil de bona carne abſcindamus.

Si ægris Cancer ſectus eſt, vomunt plerumque, ſi illis corroborationis ergò juſculum propinatur, id quod â læſione membranarum provenire putamus.

Gangræna quæ non magna eſt, melius medicamentis, quam ferrò ſeparatur. Requiruntur autem ad hunc ſcopum medicamenta non erodentia, ſed exiccantia, quæ ſimul calida ſint & adſtriugant. Hoc præſtant ſcordium, abrotanum, myrrha, aloë, abſynthium, allia-

ria,

ria. Si curæ ſcarificationem immiſces, indicatum hoc exiccationis aſſequi non poteris.

Quantitas verò horum exiccantium Medicamentorum magna eſſe debet, cataplaſmata nempè bonæ magnitudinis, quæ cum decoctis ex vino confecta ſint, non ex aqua.

Curatio Gangrænæ per diſciſſionem ægrotis raró conducit; rariſſimè totius femoris diſciſſio, propter venas & arterias nimis magnas in hâc parte latentes.

Si diſſectio peragenda eſt, tota gangrænata pars abſcindatur in parte ſana. Illi qui in parte ægrota ſectionem adminiſtrant, reliquum carnis ferro candente urunt, ſed non ſemper ſuccedit hæc aduſtio, nam maximè dolorifica eſt, id quod non ob carnem, ſed ob os aduſtum obtinet, aduſto enim oſſe colliquatur ejus medulla, quæ liquefacta, in quamvis carnis partem fluit, eamque magis ſenſilem reddit, quod ipſa oſſis ſubſtantia calefacta perioſtium lædat & afficiat.

Tempus est, quando pars omnem prorsus sensum amisit.

Nulla neque Venæsectionis, neq; purgationis præparatio præmittenda est, sed solummodò corroborationis.

Nimius affluxus & effluxus humorum præcaveatur ligaturâ.

II. Partes in QUANTITATE peccant.

Peccant II. *in Quantitate Partes*, dum primò deficiunt; artificialia hoc vitium obtegunt. Secundò, dum abundant, quæ si molestæ sint, sunt abscindēdæ absque molestia, ut in testiculis tribus nihil moliendum.

Peccant partes Quantitate porrò, dum magnitudinem I. habent nimis parvam vel imminutam. Sic pes, sic brachium minus non rarò est, quam esse deberet. Causa hujus vitii est, (1) quod sanguis in partem non influat. (2) Quod pars ob crassitiem distēdi non possit. Signum hujus vitii minor pulsus & debilior est, quam in alterius latere. Curatio consi-

stit

ftit in diſſipantibus, ſi ob denegatum ſanguinis affluxum provenit. Conveniunt oleum de lateribus, Philoſophorum dictum, & Therebinthina: In emollientibus & rarefacientibus, quum pars ob craſſitiem non poteſt diſtendi. Multum hîc juvat decoctum pedum & inteſtinorum vituli, aut bovis & oleum lumbricorum. Caveamus tamen, ne pars nimis rarefiat, & emolliatur, aliâs major fit pars, quam eſſe deberet. Puellam ob dextrum pedem minorem claudicantem novi ita curatum eſſe, ut poſtea ob eundem pedem majorem æquè ut antea claudicaret.

Partes II. magnitudinem nimis auctam habent; (1) Quod arteria nimis pulſet. (2) Quod caro nimis ſit poroſa. A prima cauſa magnitudo adeò facilè non aucta fit, ac ab altera. Talpæ enim & nepæ ab arteriarum nimio pulſu potius proveniunt. Si tamen interdum fit, partes & poros conſtringimus faſcia, quæ melior eſt emplaſtro, utpote, quod nimium temporis requirit, priusquam

operetur. Constrictio partis & superius & inferius fieri debet, neque Circulatio Sanguinis inhibeatur. Magnitudo, quæ à carne porosa est, pariter fasciis imminuitur.

III. Partes in QUALITATE peccant.

Sequuntur III. *Partes Qualitate peccantes.* Authores dum in Methodo medendi affectus parùm pertractant, toti fermè occupati sunt in qualitatum vitiis recensendis & curandis, verùm hoc partium vitium vix ullam meretur considerationem: Intemperies enim partibus non competit, quatenus partes sunt, sed quatenus spiritu & humoribus donatæ, quibus duobus intemperies propriè competunt. Nam si caput, dorsum, manus, pedes propter biliosi sanguinis effervescentiam doleant, aut inflammari velint, nihil aliud agendum est, quam humorum emendatio, nunc Venæsectione, nunc illis, quæ ebullientes humores præcipitant, uti est Magisteri-

ſterium Perlarum & Corallior. Pulvis aloës; In Cephalalgia ab uteri calidis vaporibus eò adſcendentibus exorta, nihil aliud uſurpamus, quam uterinum aliquod humorem evacuans.

Frigus in toto Corpore vino & calidis emendamus. In femore aut ſura frigus eſſe poteſt, (1) Ob præſentem humorem frigidum. (2) Ob imminentem paralyſin; Et in partibus humidis.

In partibus nihil aliud, quam intemperies im̃utamus. Videmus indè, quàm rara avis in terra ſit intemperies ſine materia, quam licet prorſus negare nolim, attamen rariſſimam ſtatuo. Pars enim ideò intemperata eſt, quia 1. debitam temperato qualitatum mixtionem non habet. 2. quia Calidum innatum non ſatis eſt robuſtum ob paucitatem ſpirituum. In Qualitatibus tamen ſecundis partes reverà delinquunt, ſunt enim partes aliæ I. Duræ, vel ob defectum nutrimenti, vel quia humores â frigore concreſcunt. Conveniunt hic Diſſipantia, & ſi durities in parte carnoſa eſt, juvat

oleum

oleum lumbricorum ; Si in tendine aut membrana, oleum de Palma.

II. Partes aliæ sunt molles. Si carnosæ, utimur refrigerantibus & constringentibus : Si tendinosæ aut membranosæ, siccantibus & roborantibus : Ita in luxationibus non calefacientia, sed exiccantia aut corroborantia adhibemus, Salviam nempe & Sal.

Partes etiam peccant *Figurâ*, quæ vel malè conformata est, vel malè coñexa ; Ob malam connexionem tendines breviores fiunt in brachio & crure. Si mala connexio propter laxitatem tendinis facta est, non melius, quam manu fit diductio.

In Figura depravata, quo minus applices eò melius est : arteriæ enim sanguinem ex se recto ductu pulsant, à quo parti nova caro in recto ductu apponitur. Emendatur insuper hoc vitium vel fascia, vel instrumento. Fascia est bona. Instrumentum ita confectum esse debet, ut absq; magna molestia continuò operari debeat. Hinc Instrumentum

quod-

quoddam ex chalybe faciunt, (ein stählerne Feder) quod se, cùm sublevat, cùm iterum deprimit.

Huc pertinent *Errores Cavitatum & Meatuum*, qui visceribus, membranis, tendinibus, venis & arteriis competunt. Sic in lienteria intestina nimis sunt aperta, & ventriculus apertus non benè continet cibum. Partium & viscerum cavitates difficulter iterum constringuntur, hoc in utero & vesica apparet, ac in Lientericis, ubi optima pars chyli statim per intestina transit, terrestrior inde ad hepar defertur, unde spiritus deficiunt, & vires maximè debilitantur. Interius fortior concessa est constrictio, quam exterius: Convenit Spodium & Crocus Martis, qui optimus est (reverberatum abstringentem puta, non aperitivum) Tendinum & membranarum cavitates exsiccantibus occludimus. Huc quadrat Santal. Cerot. de Aristoloch. Flor. Centaur. min.

Ex apertione venæ nullum est periculum, per venas enim sanguis tantùm

ad

ad Cor refluit, per arterias verò affluit. A mediocris arteriæ discissione nullum etiam periculum vidi, dixi mediocris, nam de magnarum & insignium arteriarum apertione in femore, humero, sub lingua, hoc certè semper verissimum est, quod maximum inde pendeat periculum. Constringunt autem arterias potissimum Galla, quæ optima, Crocus Martis & Crepitus Lupi.

Prædictæ partes, uti apertione, ita quoque occlusione peccare possunt: Ita vidi sinum Muliebrem, qui coaluit; Sic post Anginam malè curatam gula concrescit, & habeo jam puellam, quæ Lue ♀rea correpta, in tantas destillationes & corrosiones ab usu ☿rij incidit, ut labia prorsus invicem concreta sint. Hæc occlusio præter spongiam & medullam Sambuci (Judas Ohr/ auricula Judæ) sectione & divulsione curatur. Divulsio melior est quam sectio, licet ob tendinum & membranarum diductionem majores faciat labores.

Partes constipatas exedentibus curamus,

mus. Partes constrictæ rarò dantur. Partes obstructæ & compressæ non solùm incidentia & attenuantia postulant, sed etiam illa quæ fundunt.

IV. Partes in Motu peccant.

IV. Partes *Motu peccant*, dum I. non moventur; II. Dum nimiùm moventur. Ea *quæ non moventur*, sunt vel Externæ, vel Internæ: Externæ videlicet musculi in paralysi: Internæ, intestina ad excretionem segnia, ut sunt Melancholicorum.

Nimium moventur etiam partes in illo vomitu, quum ex aphthis in Ventriculo exulceratio fit, & ex hâc exulceratione Ventriculus totusque œsophagus ob communem tunicam ita dissolvitur, ut miseri ægroti perpetuò vomere cogantur. Ejusmodi inordinatus & nimius ventriculi motus in illis conspicitur, qui post usum Mechoacannæ nigræ, aut albæ aliquid liquoris superbibunt, hoc proprium Mechoacanna & Jalappa præ cæteris habet omnibus, ita ut vel

â Co-

â Colocynthide ipsa assumpta, hoc in passu talia symptomata non sequantur. Nimium Ventriculi & Intestinorum motum nausea etiam attestari potest, cujus remedium est lac dulce cum pane candido, hoc incassum exhibito emulsiones propinamus, denique si & hæ nihil profecerint, ad Narcotica confugimus.

Motus partium paucus dependet â paucitate spirituum, hæc causa, si in tendinibus hæret, calefacientia & roborantia conducunt, præsertim verò & ante omnia illa, quæ moderatè adstringunt, spiritus â parte prorsus repellerent: Ex hoc scopo Fol. Rosar. rubr. in hoc affectu sunt utilissima.

V. *Partes Loco peccant.*

V. *Loco* peccant partes, dum luxatæ sunt, quia modus luxationis cognitu difficilis est, ideò etiam curatio ejus non adeò levis, quę absq; hoc sat facilis esset.

Femoris luxatio omnium difficilima, cognoscitur ea, si pes alter altero vel

vel longior est, vel brevior, aut si genu introrsum motum est.

Luxationes in pueris curari possunt, non in senibus, neque in multum adultis.

Antequam Medicus vel Chirurgus repositionem luxatæ alicujus partis intentet, probè prius perspiciat necesse est, num ligamentum ruptum sit, nam si hoc ex eo, quod pars moveri non possit, intelliget, consultius ut manum de operatione retrahat, quam temerè curationem in Artis ignominiam instituat.

De Symptomatibus.

De Morbis *ad Symptomata* jam pervenimus. Tractabimus autem hoc loco non de omnibus Symptomatibus, sed tantummodò de illis, quæ omnibus morbis accidunt. Meretur verò hæc doctrina optimo jure suam in Methodo Medendi sedem. Nam nisi symptomata ægris molesta essent, rarò ad curationem Medicus postularetur, & cum ille ad finem suum assequẽdum ante omnia stude-

ſtudere debeat, ut omnes functiones in corporis noſtri officinâ rectè poſſint obiri, hinc etiam neceſſariò ſymptomata, quæ functiones læſas, non ſecus ac umbra corpus ſequantur, tollere ex officio tenetur, quod tenet.

Receptum & certum eſt, quod profligato morbo, cauſa verò ejus ſuperſtite manente, ſymptomata ſint mitiganda. Verùm videmus Authores in hoc indicato exequẽdo nunc nimis faciles, nunc difficiles nimis; facilitatem plerumq; teſtantur in illis ſymptomatibus, quæ â fluxu ſpirituum & humorum proveniunt: difficultatem in illis, quæ â partium diſpoſitione dependent. Sed caveamus ſedulò, ne ſimul cum ſymptomatibus vitam auferamus, dum enim mitigationi illorum Symptomatum prioris ordinis nimis ſtudemus, nimis etiam ſiſtimus motum humorum & ſpirituum, quo extincto mors preſſo ſequitur pede.

Illa Symptomata ſemper ſunt mitiganda, quæ (1) periculum vitæ conjunctum

ctum habent, e.gr. Lipothymia & Convulsio. (2) Quæ majorem minitantur morbum: hoc metuendum in illis, qui nullum cibum continere possunt. (3) Cum morbus & causa morbi latent.

Objiciat hic aliquis & dicat, Medico solidè docto & experto rarò aliquam causam posse esse incognitam; Sed *respond.* id quidem plerumque & in plerisque morbis verum esse, sed dari nihilominus certos quosdam & peculiares affectus, qui ob analogismum seu similitudinem alterius adeò invicem in signis & caussis complicati sunt, ut vera eorum causa continens nequaquam statim appareat. Præstat in hoc casu Symptomatis curationem aggredi, quam juxta Heurnium nihil agere, & medicamentum pro forma præscribere, quod nec juvet, nec obsit, sæpè enim ob procrastinationem auxilii morbus increscit, vires decrescunt, æger fabulam vitâ suâ concludit.

De FUNCTIONIBUS LÆSIS.

Symptomata sequuntur Læsas Functio-

ctiones, I. Naturales, II. Vitales, III. Animales.

De Fluxu Nimio.

Huic ordini nos insistentes contemplabimur I. *Fluxum nimium*, qui vel alvinus est, vel â saliva, vel ab urina. *Urinæ fluxum nimium* rarò habemus. *Salivosus* æquè rarus est, nisi in illis, qui aphthis laborant: *Alvinus* considerationem suam expedit, nam si febri alicui supervenit ob attenuatos & commotos malignos humores, tunc ille nequaquam sistendus est, cùm naturæ motus, modò non ex errore fiant, nunquam sunt impediendi. Nunquam verò magis molestus est hic fluxus, quam si â debilitate viscerum oriatur, ita enim morbus magnus magno supervenit.

De Appetitu prostrato & excedente.

II. Ad has Functiones naturales læsas referri etiam potest *Appetitus prostratus* & *excedens*, ille in re esculẽta, hic in potulenta, quem *sitim* nominamus.

Appe-

Appetitus prostratus; fæmellæ ægris adstantes nihil æquè postulant, quam hujus vitii sublationem: Verùm illæ signum sanitatis pro causa habent, & hinc sæpè cogitur Medicus appetitum provocare.

Prosternitur appetitus (1) quia vires non sunt integræ, & sanguis non benè concoquitur. (2) Quia ex priori causa ob admissos tenues humores humor acidus segregari non potest, (Hoc videmus in iis, in quibus per arterias simul cum humore acido noxii humores in ventriculum effunduntur, quod sæpè fallit Medicos, qui causam in intemperiem ventriculi reponunt) vel quia deficit, vel quia corrumpitur, & nimis est tenuis.

Quod Appetitus prostratus humoris acidi vitio sit adscribendus, hoc indè apparet, si ab acidis assumptis malum levetur. Melancholici, qui post acidorum usum benè appetunt, illi rarò evadunt.

Appetitum prostratum ab acidi humoris vitio dependentem, emendamus

acidis, & videmus fermè omnibus morbis acida convenire, exceptis Thoracis. Spiritus ⊕li ob admixtum ♀ vires suas amittit. Convenit acetum, pomum Aurantium & Citrium, quia medicamenta hæc palato ægrorum arrident, sæpè fit, ut inde peccetur in nimia quantitate. Devorant enim malorum Aurantiorum & Citriorum N°. ij. iij. jv. quod inconveniens est, nam quarta tantum unius mali pars sufficit. Hinc ob erosionem ventriculi, quam acida fecerant, incidunt in crebras oris spuitiones: Saccharum additum vires infringit.

Tempus in statu & declinatione ante cibum, nempè prandium, non sub nocte & ante cœnam, ne ob excitatum appetitum plus cibi assumant, & ita perferendo morbi insultui, qui semper sub nocte gravior est, ac concoctioni impares evadunt. Semina pomorum Citri & Aurantiorum simul comedenda sunt, ob vim suam cardiacam.

Appe-

Appetitus, qui à debilitate virium oritur, rarò curatur, nisi vires à causa frigida consumptæ sint, tunc enim calida & aromatica prosunt.

In Senibus ob debilitatem non appetentibus interna calefacientia non æquè prosunt, ac externa: Illa enim in hisce corporibus exiccatis majorem faciunt siccitatem. Exterius convenit oleum Macis, & crusta panis tosta vino malvatico irrorata.

De Siti.

Appetitus rei potulentæ auctus & excedens sitis est. De hoc Symptomate maximè ægri conqueruntur, & difficile etiam est illud profligare. Provenit verò (1) quia fauces & lingua humore salso & amaro obductæ sunt. (2) Quia serum deficit. Prima causa facili tollitur negotio, gargarismo nempe ex aqua cum aceto mixta, vel Nitro ♀re præparato in aqua dissoluto.

Sitis ob seri defectum difficilis curatu est, & aqua nobis hîc hæret. Studemus

tamen dupliciter illam emendare. I. Suppetimus ſerum tali corpori. II. Deducimus & provocamus ſerum ad fauces aridas ex corpore, in quo hæret. Scopus poſterior tutiſſimus, imò & facilis, ſed in hoc laborat, quod auxilium ejus non diu duret. Lingua noſtra, fungoſæ & poroſæ eſt ſubſtantiæ, ita ut preſſa, ſeroſam materiam emittat, agitamus hunc in finem in ore vel plumbum politum, vel cryſtallum, vel nucleos cerasorum. Hôc medio ſitim aliquatenus poſſumus reſtringere, verum ægri non contenti ſunt hoc auxilio, ſed poſtulant fortiora, ita humida ipſis exhibere cogimur, dupliciter iterùm eâ quantitate tantummodo illa exhibemus, (1) ut nihil præter os internum humectare poſſint, (2) ut ſimul cum ore omnia viſcera, & totum corpus humectationem accipiat. Prior modus tutior eſt poſteriore, ſed ægri æſtuantes & ſitibundi hunc depaſcunt.

Qui pro priori ſcopo elotionem oris cum aqua gelida concedunt, illi ſæpè ab ægris

ægris falluntur, dum illi nempe inter gargarisandum gelidæ aquæ præsentiâ inescati, eam avidis absorbent faucibus. Præstat itaque Rob de Rhibibus, Berberibus, Tamarindi, mucilago Sem. Cydoniorum, sempervi folium dissectum seu decortatum, aquæ gelidæ impositum, & ita in ore detentum.

Sæpè adhuc longius ægrotorum procedit æstus, ita ut bibere absolutè velint. Bibitionem ergò planè cavere non possumus, sed concedendum est aliquid pro refocillatione. Ita convenit in febre ardente maligna potus humectans & refrigerans, debetque hoc semper in potu observari, ut directus sit tam quoad qualitatem, quam quãtitatem contra morbum & morbi causam. In febribus, quas modo supra diximus, convenit decoctum Hordei cum Rad. Scorzoneræ, Cichorii, Endiv. Si ægrotorum palatus additionem Cardui benedicti perferre posset, decoctum indè fieret efficacius. Conveniunt etiam variorum Emulsionum & Juleporum formulæ.

medicamentis, emulsione Sem. 4. frig. maj. & decoct. hord. Nunc externis, quæ vel Narcotica sunt, vel solum frigida. Primi ordinis sunt Oleum Papaveris, Hyosciami, Unguentum Pupuleon. Posterioris, placenta Rosarum capiti applicata, Farina hordei cum aceto & albumine ovi, panis biscoctus aquâ frigidâ maceratus, & ita impositus.

De Dolore.

Dolor, qui vigilias facit, sedandus est. Licet molestissimum symptoma do... sit, attamen non semper est sedandus, debilitantur enim nimis inde ægroti, cum dolores lenientia interna motum cordis sistunt, quod ex pulsu minore deprehendimus. In Arthritide dolorum sedatio non usque adeò benè succedit, neque in Cancro. Hoc faciunt morbi hi propter tenuitatem humorum, opium enim exhibitum non omnes humoris partes incrassat, sed tantummodo crassiores.

Anodyna maximè prosunt in Nephri-

phritide, & ubicunq; non adeò magna est humorum copia. In Nephritide prosunt, quia renes seu ureteres irritati à calculo continuo irritantur, & si à narcoticis morbus ille inhibetur, simulque fibræ laxantur, calculus eò facilius descendere potest.

Quantitas non sit nimia, dolorem sistere, non obruere debemus. Opium crudum facit convulsiones & lipothymiam. Correctum itaque exhiberi debet vel in Laudano opiato, vel in Theriaca. Theriacam exhibent à ℈ß. ad ℈j. ℈ij. Quædam mulieres quolibet octiduo maxima Cephalalgia laborant, & hinc paulatim ad usum Theriacæ assuescunt, ita ut à ℈ß. ad ℈j. ℥ß. ℈vj. adscendant, quod nemo sanus temerè imitari debet; Medicus contentus sit ℈ß. ℈j. Opij infima & usitata dosis est gr. j. ij. Magna, gr. iij. jv. Nimia gr. v. vj. Expertum & prudentem hæc volunt Medicum. In frigidis affectibus aut subjectis minus de opiatis exhibeamus, quam in calidis. Hydropici unius grani Opij exhibitione moriuntur.

medicamentis, emulſione Sem. 4. frig. maj. & decoct. hord. Nunc externis, quæ vel Narcotica ſunt, vel ſolum frigida. Primi ordinis ſunt Oleum Papaveris, Hyoſciami, Unguentum Pupuleon. Poſterioris, placenta Roſarum capiti applicata, Farina hordei cum aceto & albumine ovi, panis biscoctus aquâ frigidâ maceratus, & ita impoſitus.

De Dolore.

Dolor, qui vigilias facit, ſedandus eſt. Licet moleſtiſſimum ſymptoma dolor ſit, attamen non ſemper eſt ſedandus, debilitantur enim nimis inde ægroti, cum dolores lenientia interna motum cordis ſiſtunt, quod ex pulſu minore deprehendimus. In Arthritide dolorum ſedatio non usque adeò benè ſuccedit, neque in Cancro. Hoc faciunt morbi hi propter tenuitatem humorum, opium enim exhibitum non omnes humoris partes incraſſat, ſed tantummodo craſſiores.

Anodyna maximè proſunt in Nephri-

phritide, & ubicunq; non adeò magna est humorum copia. In Nephritide prosunt, quia renes seu ureteres irritati à calculo continuo irritantur, & si à narcoticis morbus ille inhibetur, simulque fibræ laxantur, calculus eò facilius descendere potest.

Quantitas non sit nimia, dolorem sistere, non obruere debemus. Opium crudum facit convulsiones & lipothymiam. Correctum itaque exhiberi debet vel in Laudano opiato, vel in Theriaca. Theriacam exhibent à ℈ß. ad ℈j. ℈ij. Quædam mulieres quolibet octiduo maxima Cephalalgia laborant, & hinc paulatim ad usum Theriacæ assuescunt, ita ut à ℈ß. ad ℈j. ℥ß. ℈vj. adscendant, quod nemo sanus temerè imitari debet; Medicus contentus sit ℈ß. -j. Opij infima & usitata dosis est gr. j. ij. Magna, gr. iij. jv. Nimia gr. v. vj. Expertum & prudentem hæc volunt Medicum. In frigidis affectibus aut subjectis minus de opiatis exhibeamus, qu... in calidis. Hydropici unius grani Opij exhibitione moriuntur.

medicamentis, emulſione Sem. 4. frig. maj. & decoct. hord. Nunc externis, quæ vel Narcotica ſunt, vel ſolum frigida. Primi ordinis ſunt Oleum Papaveris, Hyoſciami, Unguentum Pupuleon. Poſterioris, placenta Roſarum capiti applicata, Farina hordei cum aceto & albumine ovi, panis biscoctus aquâ frigidâ maceratus, & ita impoſitus.

De Dolore.

Dolor, qui vigilias facit, ſedandus eſt. Licet moleſtiſſimum ſymptoma dolor ſit, attamen non ſemper eſt ſedandus, debilitantur enim nimis inde ægroti, cum dolores lenientia interna motum cordis ſiſtunt, quod ex pulſu minore deprehendimus. In Arthritide dolorum ſedatio non usque adeò benè ſuccedit, neque in Cancro. Hoc faciunt morbi hi propter tenuitatem humorum, opium enim exhibitum non omnes humoris partes incraſſat, ſed tantummodo craſſiores.

Anodyna maximè proſunt in Nephri-

phritide, & ubicunq; non adeò magna est humorum copia. In Nephritide prosunt, quia renes seu ureteres irritati à calculo continuo irritantur, & si à narcoticis morbus ille inhibetur, simulque fibræ laxantur, calculus eò facilius descendere potest.

Quantitas non sit nimia, dolorem sistere, non obruere debemus. Opium crudum facit convulsiones & lipothymiam. Correctum itaque exhiberi debet vel in Laudano opiato, vel in Theriaca. Theriacam exhibent à ʒß. ad ʒj. ʒij. Quædam mulieres quolibet octiduo maxima Cephalalgia laborant, & hinc paulatim ad usum Theriacæ assuescunt, ita ut à ʒß. ad ʒj. ℥ß. ʒvj. adscendant, quod nemo sanus temerè imitari debet; Medicus contentus sit ʒß. ʒj. Opij infima & usitata dosis est gr. j. ij. Magna, gr. iij. iv. Nimia gr. v. vj. Expertum & prudentem hæc volunt Medicum. In frigidis affectibus aut subjectis minus de opiatis exhibeamus, quam in calidis. Hydropici unius grani Opij exhibitione moriuntur.

medicamentis, emulsione Sem. 4. frig. maj. & decoct. hord. Nunc externis, quæ vel Narcotica sunt, vel solum frigida. Primi ordinis sunt Oleum Papaveris, Hyosciami, Unguentum Pupuleon. Posterioris, placenta Rosarum capiti applicata, Farina hordei cum aceto & albumine ovi, panis biscoctus aquâ frigidâ maceratus, & ita impositus.

De Dolore.

Dolor, qui vigilias facit, sedandus est. Licet molestissimum symptoma dol.. sit, attamen non semper est sedandus, debilitantur enim nimis inde ægroti, cum dolores lenientia interna motum cordis sistunt, quod ex pulsu minore deprehendimus. In Arthritide dolorum sedatio non usque adeò benè succedit, neque in Cancro. Hoc faciunt morbi hi propter tenuitatem humorum, opium enim exhibitum non omnes humoris partes incrassat, sed tantummodo crassiores.

Anodyna maximè prosunt in Nephri-

phritide, & ubicunq; non adeò magna est humorum copia. In Nephritide prosunt, quia renes seu ureteres irritati â calculo continuo irritantur, & si à narcoticis morbus ille inhibetur, simulque fibræ laxantur, calculus eò facilius descendere potest.

Quantitas non sit nimia, dolorem sistere, non obruere debemus. Opium crudum facit convulsiones & lipothymiam. Correctum itaque exhiberi debet vel in Laudano opiato, vel in Theriaca. Theriacam exhibent â ʒß. ad ʒj. ʒij. Quædam mulieres quolibet octiduo maxima Cephalalgia laborant, & hinc paulatim ad usum Theriacæ assuescunt, ita ut â ʒß. ad ʒj. ℥ß. ʒvj. adscendant, quod nemo sanus temerè imitari debet; Medicus contentus sit ʒß. ʒj. Opij infima & usitata dosis est gr. j. ij. Magna, gr. iij. jv. Nimia gr. v. vj. Expertum & prudentem hæc volunt Medicum. In frigidis affectibus aut subjectis minus de opiatis exhibeamus, quam in calidis. Hydropici unius grani Opij exhibitione moriuntur.

tamen dupliciter illam emendare. I. Suppetimus ſerum tali corpori. II. Deducimus & provocamus ſerum ad fauces aridas ex corpore, in quo hæret. Scopus poſterior tutiſſimus, imò & facilis, ſed in hoc laborat, quod auxilium ejus non diu duret. Lingua noſtra, fungoſæ & poroſæ eſt ſubſtantiæ, ita ut preſſa, ſeroſam materiam emittat, agitamus hunc in finem in ore vel plumbum politum, vel cryſtallum, vel nucleos ceraſorum. Hôc medio ſitim aliquatenus poſſumus reſtringere, verum ægri non contenti ſunt hoc auxilio, ſed poſtulant fortiora, ita humida ipſis exhibere cogimur, dupliciter iterùm eâ quantitate tantummodo illa exhibemus, (1) ut nihil præter os internum humectare poſſint, (2) ut ſimul cum ore omnia viſcera, & totum corpus humectationem accipiat. Prior modus tutior eſt poſteriore, ſed ægri æſtuantes & ſitibundi hunc depaſcunt.

Qui pro priori ſcopo elotionem oris cum aqua gelida concedunt, illi ſæpè ab

ægris

ægris falluntur, dum illi nempe inter gargarisandum gelidæ aquæ præsentiâ inescati, eam avidis absorbent faucibus. Præstat itaque Rob de Rhibibus, Berberibus, Tamarindi, mucilago Sem. Cydoniorum, sempervi folium dissectum seu decortatum, aquæ gelidæ impositum, & ita in ore detentum.

Sæpè adhuc longius ægrotorum procedit æstus, ita ut bibere absolutè velint. Bibitionem ergò planè cavere non possumus, sed concedendum est aliquid pro refocillatione. Ita convenit in febre ardente maligna potus humectans & refrigerans, debetque hoc semper in potu observari, ut directus sit tam quoad qualitatem, quam quātitatem contra morbum & morbi causam. In febribus, quas modo supra diximus, convenit decoctum Hordei cum Rad. Scorzoneræ, Cichorii, Endiv. Si ægrotorum palatus additionem Cardui benedicti perferre posset, decoctum indè fieret efficacius. Conveniunt etiam variorum Emulsionum & Juleporum formulæ.

Quantitas bibitionis tam pauca esse debet, quam fieri potest: â nimia enim ingurgitatione ventriculus & omnia viscera debilitantur.

Tempus. In principio & augmento quam minimum bibere debent, at si in paroxysmo ipso sibi â potu temperare possint, multis incomodis prævenirent. Maximè enim nocet bibitio in paroxysmo, hîc enim non secus ac ex latere candente & madefacto tanta ebullitio humorum denuò fit, ut & morbus augeatur, & symptoma sitis. In Synocho, febre ardente, ubi multa obstructio adest viscerum, aut eorum debilitas, gelidam licet propinare ægrotis aquam.

DE LIPOTHYMIA.

Vitalium functionum læsarum Symptoma est *Lipothymia.* Hæc provenit (1) ob debilitatem totius corporis, hoc videre est in illis, qui chronicis & longis morbis emaciati sunt. (2) â motu humorum & spirituum. Prior illa solùm roborantia & spirituosa postulat, tan-

cum-

tummodo enim Symptoma hîc removendum eſt: Poſterioris exemplum eſt in illis febribus, quæ ob humorum incurſum in Cor deliquium animi confectum habent. Conveniunt Sudorifera, Theriaca cum Croco, & Sale Cardui benedicti.

De Vigiliis Nimiis.

Vigiliæ nimis longæ ſunt emendandæ. Fiunt verò Vigiliæ (1) ob agitationem mentis. (2) Propter dolorem. (3) Propter calorem.

Vigilias ab agitatione mentis videmus in Phreneticis: *illas, quæ à calore* proveniunt, catarrhi in principio & febres exhibent. In hoc caſu ſpiritus ſunt ſedandi. Hoc nunquam efficimus cauſæ ſublatione; ex gr. in bilioſo ſubjecto Veneſectione & purgatione, verùm hæc curatio ſemper eſt licita, & hîc ægroto dicamus, ut poſt paroxyſmum ab omni motu quieſcat, & ad ſomnum ſe componat. Si ſomnum prorſus inire non poſſit, ſiſtimus humores, nunc internis

medicamentis, emulsione Sem. 4. frig. maj. & decoct. hord. Nunc externis, quæ vel Narcotica sunt, vel solum frigida. Primi ordinis sunt Oleum Papaveris, Hyosciami, Unguentum Pupuleon. Posterioris, placenta Rosarum capiti applicata, Farina hordei cum aceto & albumine ovi, panis biscoctus aquâ frigidâ maceratus, & ita impositus.

De Dolore.

Dolor, qui vigilias facit, sedandus est. Licet molestissimum symptoma dolor sit, attamen non semper est sedandus, debilitantur enim nimis inde ægroti, cum dolores lenientia interna motum cordis sistunt, quod ex pulsu minore deprehendimus. In Arthritide dolorum sedatio non usque adeò benè succedit, neque in Cancro. Hoc faciunt morbi hi propter tenuitatem humorum, opium enim exhibitum non omnes humoris partes incrassat, sed tantummodo crassiores.

Anodyna maximè prosunt in Nephri-

phritide, & ubicunq; non adeò magna est humorum copia. In Nephritide prosunt, quia renes seu ureteres irritati â calculo continuo irritantur, & si à narcoticis morbus ille inhibetur, simulque fibræ laxantur, calculus eò facilius descendere potest.

Quantitas non sit nimia, dolorem sistere, non obruere debemus. Opium crudum facit convulsiones & lipothymiam. Correctum itaque exhiberi debet vel in Laudano opiato, vel in Theriaca. Theriacam exhibent â ʒß. ad ʒj. ʒij. Quædam mulieres quolibet octiduo maxima Cephalalgia laborant, & hinc paulatim ad usum Theriacæ assuescunt, ita ut â ʒß. ad ʒj. ℥ß. ʒvj. adscendant, quod nemo sanus temerè imitari debet; Medicus contentus sit ʒß. ʒj. Opij infima & usitata dosis est gr. j. ij. Magna, gr. iij. jv. Nimia gr. v. vj. Expertum & prudentem hæc volunt Medicum. In frigidis affectibus aut subjectis minus de opiatis exhibeamus, quam in calidis. Hydropici unius grani Opij exhibitione moriuntur.

In externis Anodynis peccare non possum⁹, parum enim est, quod illis proficimus, melius facimus si repellimus, leniter dissipamus, & aliquantulum laxamus. Tumori in scroto laxantia non conveniunt, duplo enim major exindè fiet tumor.

Anodyna paroxysmorum initio non exhibeantur, cum enim dum materia ad Cor ruit, facilè illud prorsus suffocaremus, si per narcotica motum illum inhibeamus.

Melius operantur in die, quam nocte. Corrigentia addere convenit. Æger aquam frigidam ne superbibat. Quando nimia opii quantitas exhibita est, jubet Platerus leniens assumere, verùm hoc nihil potest. Optimum est, si validum exhibeatur purgans, sic enim humores incrassati attenuantur, nec est, quod superpurgationem timeas, nunquam enim illa in hoc casu à pharmacis fit. Duo Medici de causa mortis accusabantur: alter valido purgante superpurgationem excitaverat: alter hanc

hanc ſuperpurgationem ſiſtere volens exhibet narcoticum, æger mox moritur.

Quod in ægris adhuc ſanum eſt, illud conſervari debet. Hinc conſiderandæ veniunt Medico, I. Cauſa ſanitatis, II. Sanitas ipſa, III. Sanitatis affectiones, ſeu potius effecta.

SANITATIS EFFECTA.

Authores hîc plerumque tantùm de Diæta agunt, ſed illud non ſufficit. Sunt verò *Sanitatis effecta* ſeu *affectiones*, 1. Vita longa, 2. Voluptas, 3. Agilitas, 4. Pulchritudo, 5. Functiones bonæ.

VITA LONGA.

Medici plerique rarò *Vitam longam* conſiderare ſolent, cùm tamen ægri omnes de illa ſoliciti ſint, & illi ipſi eſſe deberent. Sic quotieſcunque quis ægro alicui venam ſecare voluerit, ille ſemper prius percunctabitur, annon ab hâc ſanguinis detractione vita ſibi abbreviaretur.

Fit autem abbreviatio vitæ ab operationibus Medicis tribus modis: (1) Nimiâ aut nimis frequentatâ sanguinis missione. (2) Nimiâ purgatione. (3) Dum nimium dolores sedamus.

1. *Venæsectio peccat*, quando extra necessitatem periculi administratur. Hinc Melancholicis, qui phlebotomiam postulant, Medicus non adeò facilè assentiatur, & pro Canone hoc habeat, ut nunquam venam aperiet, nisi periculum vel præsens sit, vel immineat.

2. *Purgatio peccat*, si per illam plus detrimenti, quam utilitatis facimus. Volunt nonnulli ægroti nunc in Cancro, nũc in Cachexia ob levem illam, quam sentiunt, alleviationem indies fermè purgari, sed hoc pessimum illis est, & citò indè moriuntur.

3. *Sedatione doloris* Medicus potissimum vexatur, ægri enim semper volunt Narcotica, cum videant, se nihil magis de dolore inde sentire, sed quod non sentiant, hoc in maximum eorum vergit detrimentum, cum sensatione

tione enim motus ſpirituum collitur, in quo vita eſt.

VOLUPTAS.

Voluptatis quidem minor habenda eſt ratio, quam cæterorum, aſt in partibus genitalibus ea maximè conſideranda venit. Ponamus Caſum: Factam nempe eſſe in glande inflamationem, ex hac ſuppurationem, & demum cuticulam quandam, hinc cum ſcindere neceſſum ſit, quærimus, in quo loco præputium ſit ſcindendum? Reſpond. Sectionem inferius factam, optimam eſſe, ſuperiorem obeſſe, illam quæ in latere fit, inter duas illas ambigere. Si in pene gangrænato portio aliqua abſcindenda eſt, ſtatim urethræ indere debemus canalem quendam ſeu candelam ceream pro mictione, aliâs omne illud, quod de penis ſubſtantia reſtat, in corpus retrocedit, ita ut urinæ emiſſio indè fieri non poſſit. Ab inciſione penis erectio perit: Spiritus enim in corporibus illis nervoſis inciſis retineri nō poſſunt.

Si utrumq; corpus nervosum læsum est, tunc membrum planè erigi non potest; Si verò alterum saltem, in latus inclinabit.

AGILITAS.

Agilitatis curam Medicus etiam habere debet, præsertim verò illorum membrorum, quorum officio potissimum utimur. Ita pastoribus, si tonsillarum inflammatione laborant, venas raninas non debem⁹ incidere, frequenter enim indè balbuties relinquitur. In fracturis manuum & pedum membrum affectum non in perpetua quiete sinamus, aliâs curvum fiet, sed blandò semper illud exerceamus motu.

PULCHRITUDO.

Pulchritudinis curam etiam suscipiet Medicus, & quidem fæmellarum causa: Hæ enim adeò appetunt, ut sæpè malint pulchræ esse, quam sanæ.

Depravatur verò pulchritudo earum duobus potissimum modis; I. Variolis, II. ab Humore aliquo, qui genas occupat.

pat. In hoc caveat Medicus, ne tumor fiat, aut rumpatur, sic enim à cicatrice sedes illa formositatis deformaretur. Verùm enimverò cùm non rarò dissipantia maturent, & maturantia dissipent, ob qualitates similes, fieri potest, ut præter intentionem Medici suppuratio fiat. Si ergò jam facta est, trahat humorem peccantem medicamentis debitis vel introrsum ad os, vel ad illam partem, quæ sub mento est ad commissuram maxillarum, facilius namq; mulieres ferũt labiorum incisionem, quam cicatricem in genis.

Variolæ pulchritudinem vestigiis suis multum lædunt. Cura hujus rei non in illo consistit, ut benè maturentur pustulæ illæ, sed prohiberi illæ debent. Hoc fit, (1) Si motum humorum impedimus, ne ab internis à Corde & cæteris visceribus ad habitum corporis venire queant. Periculosum hoc est, quantumvis nonnunquam succedit. Sic quidam Ambstelodami nunc degit, qui vomitivum in principio Variolarum exhibet.

(2) Dum

(2) Dum repellentia imponimus. Dum verò hoc in facie agimus, ubi simul oculis medicamentum imponatur, in cætero corpore eruptionem Variolarum promoveamus. Cavendum etiam, ne repellentia nimius sint fortia.

FUNCTIONES BONÆ.

Functiones bonas omnibus modis cõservare studeat Medicus, tam Naturales, quàm Vitales & Animales. Sed omni tempore id licitum non est, tantummodò convenit in periculo mortis, aut majoris morbi.

Deglutitio læsa. Hæc est in Angina, Aphthis, tonsillarum inflammatione difficilis curatu, quia os, ut communiter volunt, aperiri non potest, per quod medicamenta assumi debent. Mihi nunquàm obtigit tam firma oris aut dentium occlusio, ut nihil prorsus exhibere potuissem. Dentes nonnulli anteriores infregerunt, sed hoc nimis crudele est. *Aquapendens* tubulum ad angulum labiorum imittere jubet, per quem liquor

in ex-

quor in extremitate dentium, ubi cavitas illa est, in palatum provenire possit. Clysteres nutrientes exhibemus. Syrinx incurvata per os gutturi applicatur, ut illa regia pro nutritione via præcludi non possit.

Excretio læsa. Hæc fit potissimùm in fæmellis ex utero laborantibus, quia ille tumidus intestinum rectum premit & occludit. Difficilis valdè est curatu, præsertim inveterata. Nam in principio facilè quidem ad tempus corrigi potest ;. 4. annorum. Apertum hâc septimanâ cujusdam mortuæ abdomen vidi, in quo uterus tanta magnitudine intumuerat, ut intestina omnia supra ad diaphragma detrusa erant, & uterus omnibus partibus adnatus. Continebat verò urnas tres cum dimidia humoris. Fæces semper debent esse liquidæ, quod Chærefol. & succæ brassicæ assequimur.

Pulsus. Hunc præ omnibus conservare debemus. Fit dupliciter : (1) Si membra laxamus, pro faciliori spirituum influxu. (2) Si spiritus instauramus spi-

ſpirituoſis & aromaticis. Horum beneficio ægri vita ad tres vel quatuor horas non rarò ſuſtentatur, ita ut teſtamento conficiendo par eſſe poſſit. Aqua gelida adſperſa ægrotos maximè excitat, admiſcent nonnulli acetum, quod non adeò tutum, hoc enim facilè in oculos incidere, & eos lædere poteſt.

Reſpiratio. Hæc libera maneat; Si ob copiam humorum læditur, educemus eam valido purgante. Si ex conſtrictione venæ plenus eſt Thorax, aperiatur, ut antea jam diximus. Foramen non ſit nimis amplum.

Viſus. Qui oculis ſemper aliquid imponunt, ita ut perpetuò regantur, illi peſſimè faciunt, tenebris enim adeò aſſueſcunt, ut lucem poſtea ſine incommodo ferre nequeant.

SANITAS IPSA.

Sanitas ipſa conſiſtit in Temperie, Conformatione & Unione.

Temperiem potiſſimùm in Ventriculo & Hepate obſervamus; Soleo nonnun-

nunquam hepatis nomine omnia ſanguificationis viſcera comprehendere. Calor & Frigus majoris ſunt momenti, quam Humiditas & Siccitas. Refrigerantia nunquam ſint nimia, neque Calefacientia, qui ventriculo debili calefacientibus ſuccurrit, quamprimum is viderit urinam rubeſcentem, ſtatim â calidis abſtineat, alioquin Hydrops fit.

Conformatio. Hic primò magnitudo peccat vel deficiens, vel excedens. In pede contorto pes minor eſt, curamus ligaturâ aut inſtrumento, ſed neceſſum eſt, ut inſtrumentum ſub nocte removeamus, ut pes extendi poſſit. Secundò figura læditur: Si in collo tumor & dolor aliquis eſt, propter quem ægri cervicem in latus inclinant, ut poſtea ſemper ita incedant, difficilis eſt curatu, nam extendi non poſſunt ſine ſuffocatione. Situs & Connexio: Si manus comburitur, & digiti ligantnr, hâc ligaturâ digiti poſſunt concreſcere, quod præcavetur, ſi interſtitiis aliquid interponatur.

Unio. Hinc pariter ſtudeamus, ſemperq;

perque tam parùm abſcindamus, quam poſſumus. Peccatur tamen hic potiſſimum in paucitate, timidi enim ſunt ægri, & ſemper ambigunt de quantitate abſcindenda. Mulieres inciſionem in apoſtemate mammarum, quantum poſſunt, differunt, ſed maximo damno, 1. Enim membrana nimis extenditur, 2. Fibrilla corroditur, 3. Os exeditur, undè perpetuus fluxus, interdum tamen poteſt curari; Si in pede & ano non ſtatim aperiatur, fiſtula perpetuò manet.

CAUSÆ SANITATIS.

Ultimum quod conſiderandum nobis reſtat, ſunt *Cauſæ Sanitatis*. Verùm de remotis cauſis nihil nobis rei eſt, hoc enim negotium aliò pertinet. Propinquas tamen conſiderabimus, quæ ſunt Humores & Spiritus.

Novimus illa duo peccare poſſe S. L. M. Hinc facilè colligere eſt, quid hoc loco ſit faciendum, nempe ut omnia illa vitia præcaveantur.

Subſtantiam ergò in Humoribus & Spi-

Spiritibus conservamus, dum ab illorum usu abstinemus, quæ prædictorum substantiam corrumpere possunt.

Magna hîc controversia agitur inter Galenicos & Chymicos, *an nempe dentur Corrumpentia?* id quod priores affirmant, posteriores negant.

Nunquam videmus Humores aut Spiritus *à Mineralibus* corrumpi. (1) Terræ Bolus Armeniæ, Sigillata terra, &c. nullam noxam faciunt. (2) Succi etiam sine damno usurpantur, e. gr. ♎ qui tantummodo exiccat, & excrementa duplo magis solito fœtida reddit. (3) Metalla duci possunt in usum. Hoc videmus in ☉. & ☾. *NB.* ♃. ♄. ♀. ♂. non usque adeò consideranda; ♁. & ☿. hoc maximè postulant.

Primum ♁ium nempe habet vim pestiferam, adeò ut veneniosum dici deberet, peccat tantummodò in nimis celeri & vehementi operatione, nimiam itaque operationem corrigamus.

☿ius in usum non est ducendus: hîc non loquor de præparato, sed de crudo, qui

qui inducit (1) anxietatem; Novi Melancholicos, qui se lue Venerea laborare putarent, Medicumque tandem eò persuaderent, ut ad Mercurij usum deveniret, undè sequenti die moriebantur. (2) Corrosionem: hinc post usum Mercurij facilè sequitur Dysenteria. (3) Obstructionem & debilitatem nervorum: hinc Mercurio inuncti, nisi probè calidè serventur, facilè incidunt in Paralysin, quæ tamen non permanet, sed trium vel quatuor mensium spatio curatur. Vidi cæcitatem & surditatem ab hoc medicamento inductam, & intra 4. aut 5. annos curatam. Extra luem veneream Mercurio non utamur.

♂. depuratus seu Chalybs non nocet.

⊖-lum rodit, hinc cave à nimia & frequentata illius exhibitione.

Spiritus, qui ex prædictis mineralibus eliciuntur corrosivi non sunt, nisi in inscii Cerebrum incidant, qui justam eorum transcendit dosin. Videmus hoc in Dysentericis, ubi tamen corrosio intesti-

cestinorum est, & ♀ris & ⊖li spiritum innoxiè exhibemus. Oleum ⊖li nonnulli ferre non possunt, hoc enim inter omnia maximè potens est, & adurit.

Deillis, quæ *ab animalibus* desumuntur, imprimis & Cerebro Cati, non est, quod aliquid dicamus, cum usualia pleraque omnibus noxæ sint expertia, & illud nunquam ducatur in usum.

In Plantarum numero duo sunt perpendenda, I. Helleborus, quia verum venenum est, cum symptomata æquè gravia ac pestem inducat: secunda aut tertia ejus infusio vel decoctum est sine noxa. II. Opium, quod pariter venenatum est, ideò emendari debet, aut aceto, aut aliâ præparatione, quæ Laudanum Opiatum.

Humorum & Spirituum Quantitatem integram servare debemus. Optandum hoc esset, sed non faciendum. In ægris enim humores tantùm imminuendi sunt, non spiritus. (1) Pleriq; morbi fiunt â fluxu extra vasa, hoc prohibetur, si humores tantùm fiant paucio-
res.

res. (2) In Febribus ipsâ massa sanguinea pravis humoribus restagnat. Si itaque humores meliores hîc fieri debent, necessum est, ut materia in illos agere possit, id quod potest, si pauciores sint.

Quò minor est humorum Quantitas, eò melius segregatio fieri potest. Debent autem humores in tantum imminui, ne spiritus indè absumantur, & ut natura illos vincere possit. Hinc malè faciunt, qui omnem cibum ac potum interdicunt.

Quibus mediis humorum quantitas imminuatur, notum est, nempe subtracto cibo & potu, ob hanc unicam caussam locum suum Diæta in Medicina obtinet.

DIÆTA.

Diæta triplex est, I. Tenuis, II. Mediocris, III. Plena. Hæc restaurat, ista vires conservat, illa imminuit.

Tenuis Diæta exhibet Decoct. Hord. Lac ebutyratum, Cerevisiam cum pane,

ole

olera, radices. *Mediocris*, juſcula carnis, ova, piſciculos minores & aviculas ejusdem ſortis. *Plena* præbet piſces majores & carnes omnis generis.

Videamus in quibus morbis, quo tempore, & quomodo quælibet harum conveniat Diæta. Morbi acuti, in quibus ſimul eſt humorum copia, illi tenuem poſtulant diætam. Morbi longi, e. gr. Hydrops, Cachexia, plenam volunt diætam, â qua vires citius reſtaurantur. Hi enim morbi, utpote frigidi, calorem deſiderant, calor acquiri non poteſt, niſi ab humoribus, & ſpiritus, non niſi â chylo multo, qui fit ex cibo & potu. Morbi acuti ex decidentia, ſeu absque humoribus, mediocrem amant diætam. Febres Quotidianæ, Continuæ, non Ardentes.

Videamus ſemper, ut Ventriculus concoctioni ſufficere poſſit, hinc ſi languet, illum roborabimus. Per concoctionem impeditur humorum ſegregatio, chylus enim, qui ex concoctione venit, ſemper denuò ac de-

nuò Sanguini in vasis commiscetur.

Tamdiu cibum & potum imminuamus in morbis acutis, quamdiu cruditas remanet.

In principio morborum acutorum cum humorum abundantia, tenuis convenit diæta; in morborum ex decidentia mediocris; in Augmento semper mediocris convenit.

Quod *Hippocrat.* ab initio ad statum diætam vult semper imminui, illud in praxi nunquam observatur. Melius enim semper est, naturam in eo conservare statu, in quo potest superare, quam in periculum debilitatis illam conjicere. Secus se res habet, dum Crisis instat, illam enim nullo modo, nec alimentis turbare debemus.

In declinatione diætâ utimur augente.

Paroxysmi vel sunt continentes, vel continui, vel intermittentes.

Febres continentes perdurant & exacerbantur circa vesperam.

In

In Continuis, cum remissio est, duplex datur tempus, ante & post remissionem, quod paulò post remissionem est, illud optimum est, cibandus est æger horâ sexta matutinâ, & septima vespertina.

Sub vesperam non tam multum adsumat, quam de die.

Hyems majorem, Æstas minorem cibum postulat.

Modus est, ut pedetentim imminuamus & pedetentim augeamus.

Humorum & Spirituum Motus & Qualitas Somno & Motu vel corrigitur, vel excitatur. Humores frigidi & lenti motione emendantur. Si motus deficit, æger vigilabit, & se movebit. Si excedit, ut fit in Phrenitide, quiescat aut dormiat. Si sentiat linguam siccam fieri, & caput dolet, â motu desistendum est.


Somnus quo longior est, eò melior. Interdum tamen aliquis est malus, non ratione medicamenti, sed respectu causæ morbificæ. Talis somnus ab illis e-

vaporationibus excitatur, quæ ab aphthis fiunt.

Supinus cubitus non convenit. Vena enim cava arctè pressa incalescit, & fuligines ad caput mittit.

A motu æger lassari incipiat, plenè non delassetur.

F I N I S.



INDEX RERUM.

A.

Ano-

nimis

quan-

FINIS.



